D. CHRISTIANI HEISTERI
succincta

ANATOMIA CORPORIS HUMANI,

Ad
USUM MEDICINÆ
Tyronum in Tabulas redacta.

FREIBERGÆ,
Sumptibus Joh. Henric. Zedleri.
1726.

J. B.
LECTOR BENEVOLE.

HAbebis hic novas *Tabulas Osteologicas* quæ ad methodum & normam Recentissimorum & Hodierncrum sunt accommodatæ. Novi quidem, multos nasutulos risum moturos, quod collecta & excerpta mea publico tradere, ausus sim. Sed, Mome, a parva etiam candela radios dimitti, scito, licet non in insignes dissipentur ambages. Collegi non solum in Curriculo meo academico varias observationes, quas a Viris Rei Anatomicæ peritis per discursum audivi, sed quoque in Anatomiis publicis & sectionibus privatis varia alias cognita atque etiam, intimius inquirendo, alias operta, nova observavi aperta. Imprimis in Illustri Academia Lipsiensi tanta mihi affulsit fortuna, ut

non ſolum celeberrimorum, Anatomicorum *Rivini*, Pauli, Schacheri & Nabothi interfuerim Collegiis, atque eorum Diſcurſus, quantum poſſibile, amotaverim; ſed & ipſe inclyto Profeſſori Anatomices D. *Pauli*, Anatomiam publicam verbis & factis profitenti a manu ſteterim. Fateor quoque, quod etiam aliorum Anatomicorum Scripta, imprimis *Tabulas Anatomicas* â *Celeberrimo Welſchio* egregie conſcriptas, *Anatomias Bartholini*, Verheyn, Ruyſchii, &c. perluſtraverim, & ex his *Doctrinam* de *Oſſibus Corporis Humani* in epitomen redegerim. Præteritis temporibus ſane Tabulæ Anatomicæ Welſchii antecelluerunt; aſt cum ab Anno 1697. ad hodiernum usque, varia imprimis in Oſteologia ab accuratioribus Anatomicis ſint obſervata & detecta, quæ alias fuerunt abſcondita & obtecta: lubuit

lubuit hæcce noviſſima, quantum fieri potuit, Tabulis præſentibus in apricum producere. Profecto erubeſcerem, ſi ſilentio vellem præterire, quod Inclyto *Rivino* & oculato *Nabotho*, Viris Re Anatomica conſummatiſſimis, meam qualemcunque ſcientiam Anatomicam magna ex parta debeam, qui diſſerendo & ſecando ſuis Auditoribus omnia neceſſaria ſedulo, & fideliter ob oculos poſuerunt & inculcarunt. Itaque hæcce conamina mihi non imputaverim, ſed tanquam fructꝰ diſcurſum Celeberrimorum Anatomicorum exiſtimaverim, atque mihi id non ſumam, ac ſi omnia ex meo deprompta ſint cerebello. Certo autem, Benevole Lector, Tibi, perſvaſum habes, haſce Tabulas Oſteologicas non pro Viris rei Anatomicæ peritis, ſed in uſum & commodum Medicinæ Tyronum eſſe conſcriptas & editas.

Qvemlibet Commilitonum non pœnitebit, ſi has plagulas horis ſucciſivis perlegerit, ſiqvidem omnium osſium accidentia accuratius perluſtravi, & uti in Anatomiis publicis, ſectionibus privatis & Collegiis anatomicis obſervavi, fideliter oppoſui. Si vero, uti nemo absque macula, non omnia omnium guſtui ſint accommodata, liceat etiam doctiora & magis nova addere inventa. Præſentes Tabulas pro ingenii modulo contexui. Tandem, ſi hæ primitiæ fuerint acceptæ, impoſterum, Myo-

logiam, Nevcologiam Adenologiam, Splanchnologiam, atque totius Corporis Humani fabricam, in modum Modernorum in Tabulis publico offerre; nec non varia secretiora in Chymia, Alchymia & Praxi obſervata orbis literarii judicio & commodo ſubjicere, mecum conſtitui. Interim Benevole Lector, non nimis rigide & pro affectu, ſed pro more Tuo, hoc eſt, benevole cenſeas, & errata, ſi quæ irrepſerint, typographica, quæ ob temporis anguſtiam corrigi non

potuerint, haud gravatim corrigas. Tibi reciproca pollicear officia & judicia.

Vale!



PARS

Pars I.

De Ossibus in genere.

Notanda sunt seqventia.

I.

D*Efinitio.* Os est pars durissima corporis humani, alba & sensu expers, inserviens ad stabiliendas reliqvas corporis partes.

2. *Divisio* in Ossa { Capitis, Trunci, Artuum.

3. *Numerus.* In adultioribus subjectis ut plurimum numerantur 209. exceptis ossiculis Sesamoideis, interdum plura, interdum pauciora; & differt numerus ratione ætatis, dum in pueris pauciora qvàm in adultis numerantur, siqvidem, crescentibus annis, in adultis cartilagines in ossa degenerant.

4. *Figura.* Alia ossa sunt longa, alia brevia, alia plana, teretia, crassa, levia & tenuia.

5. *Substantia.* Componuntur ex fibris, qvæ nihil, aliud sunt, qvàm fila seu filamenta recta, rotunda, obliqva, oblonga; & fibræ hæ juxta se positæ efficiunt lamellas, qvæ lamellæ supra se collocutæ efformant ossa, atqve secundùm Welschium, ossa accuratius examinata nihil aliud esse, nisi tendinum & membranarum iis adhærentium meræ continuationes densius compactæ, o qve generis vasis refertæ, deprehenduntur.

6. *Nutritio.* Ossa suas [illegible]ent arterias & venas, qvæ sanqvinem adducunt & abducunt.

7. *Accidentia* 1. { 1. *Periostium,* ubi not. {
   1. *Definitio.* Est membrana tenuis, ossa, exceptis dentibus, investiens.
   2. *Nomen.* Dicitur *Pericranium,* si cranium tegit; qvæ autem reliqva ossa cingit, vocatur *Periostium.*
   3. *Origo.* Est continuatio duræ matris, dum eidem connectitur, qvod videmus in embryonibus, qvorum ossa cranii per suturam coronalem nondum connexa sunt.
   4. *Substantia.* Constat ex fibris, nervis, & habet suas arterias & venas.
   5. *Usus est,* ossa tegere, ab injuriis externis defendere & sensationem concedere.

2. *Ligamentum*, qvod eſt propago muſculorum & membranonarum, pro connexione oſſium aliorumqve partium.

3. *Medulla*, in qva
1. *Subſtantia*. Eſt materia oleoſa, coloris ſubalbidi, & oritur ex arteriis & venis, ex qvibus nutritur & obvolvitur tunica qvadam.
2. *Situs*. In cavo plurium oſſium reperitur.
3. *Uſus*. Oſſa corroborat, articulationes lubricat & humorem mucilaginoſum, qvi inter articulationes invenitur, & *Synovia* dicitur, temperat.

4. *Cartilago*. Eſt pars dura, albicans, flexilis & lubrica, pluribus oſſibus adnata, atqve ex fibris, uti oſſa, & lamellis conſtat, qvæ in ſenibus in oſſa utplurimum degenerat. Obvolvitur membranâ ſubtili, *Perichondrion* dicta, & nutritur ſuis vaſis ſangviferis, atqve multùm facit ad oſſa ſtabilienda & munienda, motum oſſium facilitandum, oſſa lubricanda.

5. *Proceſſus* ſive *Apophyſes*. Sunt eminentiæ oſſium ſive tubercula oſſea continua cum oſſibus. Si proceſſus magnus & rotundus eſt, *Caput*, ſi acuminatus, *Roſtium* vel *Spina*, ſi gracilis pars capiti ſubjicitur, *Cervix* dicitur.

6. *Appendix* ſive *Epiphyſis*, & eſt os parvum oſſibus adnatum atqve contiguum cum illis.

7. *Cavitates*. Si ſunt profundiſſimæ, dicuntur *Sinus*, ſi non profundè penetrant, vocantur tantùm *Cavitates*, qvæ etiam reperiuntur profundiores & leviores.

8. *Foramina*, per qvæ vaſa omnis generis & muſculi tranſeunt, & ſunt vel majora vel minora.

8. *Uſus* eſt, ſtabilire ac firmare reliqvas corporis partes, inſtar fundamenti ſeu baſis, originem & finem præbere variis muſculis, partes nonnullas ab injuriis externis defendere, atqve pro uſu peculiari variis operationibus multùm contribuere.

Pars

Pars II.

Tabula I.

De Connexione Ossium in genere.

Not.

Connexio ossium fit

- 1. Per Ἄρθρον sive *Articulationem*; & est vel
  - *Laxa*, *seu cum Motu manifesto*, ubi 3. Species:
    1. Ἐνάρθρωσις, seu *Inarticulatio profunda*, qvando cavitas excipiens maximè profunda & caput, qvod in cavitatem inseritur, & ab ea excipitur, oblongum & magnum est; v. c. articulatio ossis femoris cum osse innominato, & ossis humeri cum scapula.
    2. Ἀρθρωδία s. *Articulatio superficialis* sive levis, cum cavitas excipiens est levis & superficiaria, & caput, qvod excipitur ab ea valde & obtusum & depressum est; v. c. articulatio radii cum ulna, ossium tarsi inter se, fibulæ cum tibia, &c.
    3. Γίγγλυμος s. *Articulatio mutua*, ubi os idem excipit & excipitur, v. c. articulatio vertebrarum inter se, tibiæ cum astragulo, ossis femoris cum tibia & ossis ulnæ cum humero &c.
  - *Stricta*, vel cum *Motu obscuro*, qvando ossa planè non moventur, licet inarticulentur, uti inarticulatio superficialis ossium carpi & tarsi inter se, & inarticulatio mutua ossium metacarpi & metatarsi cum ossiculis carpi & tarsi.

II. per Σύμφυσιν sive *Concretionem*, qvæ est vel;

- *Sine medio* & dicitur
  - 1. Ῥαφὴ s. *Sutura*, qvando ossa inter se, instar compositionis vestium ex pluribus pannis, laceratis, conjunguntur, v. c. connexio ossium cranii inter se.
  - 2. Ἁρμονεία s. *Coagmentatio*, qvæ per simplicem lineam rectam aut obliqvam ossa connectit, v. c. connexio ossium maxillæ superioris inter se.
  - 3. Γόμφωσις s. *Conclavatio*, si unum os alteri tanqvam clavus infigitur, v. c. connexio dentium cum alveolis suis in utraqve maxilla.
- cum *Medio* & vocatur:
  - 1. Συγχόνδρωσις s. *Cartilaginosa*, qvando mediante cartilagine ossa connectuntur, uti articulatio maxillæ inferioris cum ossibus temporum sterni cum costis. &c.
  - 2. Συνέυρωσις, Συνδεσμώσις s. *Ligamentosa*; sic per ligamentum connectuntur os femoris cum osse ischio.
  - 3. Συσσάρκωσις s. *Carnosa*, cùm ossa inter se cohærent, mediante, carne s. musculo, v. c. os hyoides cum scapula per musculum cosacohyoideum &c.

Tabula 2.

De Connexione in specie, sive ossium Cranii & Maxillæ Superioris per Suturas.

Not.

1. *Definitio.* Connexio per Suturam nihil aliud est, qvam si ossa ita interseöeunt, ac si duæ serræ dentatim conjunguntur.

2. *Divisio Suturarum* in;
- 1. *Suturas Cranii* 15. qvæ iterum dispescunrur.
  - *Proprias Cranii* 9. & sunt.
    - *Veræ* 3.
      - 1. *Frontalis, Coronalis*, qvæ ascendit ab interiori parte ossium temporum ad summum inter os frontis & ossa sincipitis, qvæ ambo inter se connectit.
      - 2. *Sagittalis, Recta*, qvæ oritur ab angulo suturæ lambdoideæ in medio

medio

medio ossis occipitis, & dividit in transitu per longitudinem ossa bregmatis, atqve finitur in medio suturæ coronalis. In principio Sagittalis suturæ observatur *Ossiculum*, qvod ratione figuræ dicitur *Triangulare Paracelsi.*

3. *Lambdoidea, Ypsiloidea, Angulosa*, qvæ est inter ossa bregmatis & occipitis, & ascendit in posteriori capitis parte utrinqve à basi occipitis obliqve ascendit, & in medio capitis, secundùm longitudinem considerati, inangulum coit. In hac sutura nonnunqvam observantur parva *Ossicula*, qvæ ab inventore dicuntur, *Wormiana*, utplurimùm 6. vel plura, vel pauciora.

Spuriæ seu *Sqvammosæ* 6.

1. *Temporalis, Sqvamosa, Corticalis*, in utroqve latere, qvæ ossa temporum cum ossibus sincipitis connectit.
2. *Cunealis.*
3. *Lambdoidea Inferior.*
4. *Transversalis posterior ossis cuneiformis.*
5. *Transversalis anterior ossis cuneiformis.*
9. *Ethmoidea.*

Communes ossibus cranii & maxillæ superioris 6.

1. *Superciliaris*, qvæ dividit os frontis ab osse Zygomatico.
2. *Orbitalis externa.*
3. *Frontalis inferior.*
4. *Zygomatica.*
5. *Septuosa posterior*, qvæ distingvit os vomeris ab osse cuneiformi.
6. *Septuosa anterior*, qvæ in cavitate narium os cribrosum ab osse vomeris distingvit.

 2. Sutu-

2. *Suturas Maxillæ Superioris Proprias* 8. *qvæ sunt*:
- *Internæ* 2.
  - 1. *Septinarium Superior*.
  - 2. *Septinarium Inferior*, qvæ dividit ossa narium à processu ossis Zygomatici.
- *Externæ* 6.
  - 1. *Zygomatica propria*, qvæ est inter os Zygomaticum & maxillare,
  - 2. *Lacrymalis*, qvæ ambit os lacrymale.
  - 3. *Narium lateralis*, qvæ nares distingvit ab adjacenti osse frontis,
  - 4. *Narium media*, qvæ ambo ossa narium à se invicem secundùm longitudinem dividit.
  - 5. *Palatina lateralis* } in ossibus palatinis.
  - 6. *Palatina transversalis* } in ossibus palatinis.

Pars III.

Continet in se
1) Divisionem Generalem } totius Sceleti hominis adultioris,
2) Divisionem Specialem }

Ossa Sceleti Hominis adultioris generatim Dispescuntur in

Ossa

I. Capitis, qvæ iterum dividuntur in
- *Cranium*. Hujus sunt 16. Ossa.
  - Externorum 8.
    - 1. Os Frontis.
    - 2. & 3. Duo ossa Sincipitis.
    - 4. Os occipitis.
    - 5. & 6. Duo Ossa Temporum.
    - 7. Os Cribrosum.
    - 8. Os Cuneiforme.
  - Internorum in qvolibet latere. 4. *Ossicula Auditus dicta*.
    - 1. Malleus.
    - 2. Incus.
    - 3. Stapes.
    - 4. Os orbiculare.
- Maxillam Superiorem, qvibus constat ex 11. Ossibus sunt.
  - 1. & 2. Duo ossa Zygomatica.
  - 3. & 4. Duo ossa Lacrymalia.
  - 5. & 6. Duo ossa Maxillaria in qvibus Dentes 16.
    - 4. Incisores,
    - 2. Oculares,
    - 8. Molares.
    - 2. Dentes Sapientiæ.
  - 7. & 8. Duo ossa Nasi.
  - 9. & 10. Duo ossa Palati.
  - 11. Vomer.

- *Maxillam inferiorem*, in qva Dentes 16.
  - 4. Incisores.
  - 2. Canini.
  - 8. Molares.
  - 2. Dentes Sapientiæ.
- *Os Hyoideum*.

II. Trunci, divisa in

- *Spinam*, compositam ex Vertebris 33. sunt
  - Septem Vertebræ Colli.
  - Duodecim Dorsi seu Pectoris.
  - Qvinqve Lumborum.
  - Qvinqve Ossis Sacri.
  - Qvatuor ossis Coccygis.
- *Costas*, qvarum in qvolibet latere 12. & dividuntur in
  - Costas Veras, qvæ sunt 7. Superiores.
  - Spurias, qvæ sunt 5. Inferiores.
- *Scapulas Duas*.
- *Claviculas Duas*.
- *Sternum*, qvod constat ex
  - Capite.
  - Manubrio.
  - Mucrone.
- Ossa Innominata, qvorum sunt tria
  - Os Ileum.
  - Os Ischium.
  - Os Pubis.

III. Artuum sunt Artus

- *Superiores*
  - *Brachia Duo*, qvæ sunt
    - *Os humeri* consistens ex uno in qvolibet brachio.
    - *Cubitus*, ubi { Os ulnæ. / Os Radii } in qvolibet brachio.

Manus

- *Manus* qvæ dividitur in
  - *Carpum* qvod conſtat ex 8. Oſſibus *Strobiloideis* dictis ſunt: (in qvalibet Carpo.)
    - 1. Cotyloides
    - 2. Semilunare.
    - 3. Cuneiforme.
    - 4. Siſiforme.
    - 5. Trapezoides
    - 6. Trapezium.
    - 7. Maximum.
    - 8. unciforme.
  - *Metacarpum* compoſitum ex 4. oſſibus in qvalibet manu.
  - Digitos 5. in qvalibet manu:
    - 1. Pollex.
    - 2. Index.
    - 3. Medius.
    - 4. Annularis.
    - 5. Auricularis.
- *Inferiores*
  - *Pedes Duo* qvorum ſunt
    - *Femur* in qvolibet pede unicum.
    - *Crux* compoſitum ex
      - Tibia,
      - &
      - Fibula.
    - Pes Extremus, qvod dividitur in
      - Tarſum, ubi 7. Oſſicula
        - 1. Aſtragalus.
        - 2. Calcar.
        - 3. Naviculare.
        - 4. Cuboides.
        - 5. - Majus.
        - 6. - Minus.
        - 7. Cuneiforme Medium.
      - *Metatarſum*, qvi conſtat ex 5. Osſibus.
      - Divitos qvinqve ſunt
        - 1. Pollex.
        - 2. Index.
        - 3. Medius.
        - 4. Parameſus.
        - 5. Minimus.

2. *Diviſio Specialis.*

Poſtqvam Sciagraphia ſive Delineatio *Oſteologiæ* fuit præmiſſa, nunc in ſpecie de Osſibus erit agendum, & qvidem in

SECTI-

SECTIONE I.

Ossibus Cranii.

Tabula I.

De

De Osse Frontis.

Notanda sunt seqventia:

1. *Nomen* Communiter vocatur. *Os Frontis*, aliàs audit os verecundum, coronale, os puppis, proræ.

2. *Substantia*. Componitur ex Laminis duabus:
   - 1. Externa, aliàs ossea nuncupatur,
   - 2. Interna, qvæ audit etiam vitrea.

   Not. Inter has laminas continetur *Meditullium* sive corpus qvoddam molliusculum & medullosum.

3. *Figura*. Est imperfectè Circularis, referens octo angulos & sex latera; Externa superficies est rotunda & glabra, interna verò concava.

4. *Numerum*. Unicum tantum os est in adultis,

5. *Processus* 9.
   - Externi 3. in qvolibet latere & oculo:
     - Unus in cantho oculi externo.
     - Alter in cantho oculi interno.
     - Tertius in parte anteriori & dicitur *Cornu Albucasis*.
   - Interni 3.
     - Unus Supra Cristam Galli.
     - Secundus & Tertius sunt Laterales.

6. *Cavitates* 6.
   - Externæ 3.
     - 1. Orbitaria dextra.
     - 2. Orbitaria sinistra.
     - 3. in medio ossis frontis.
   - Internæ 3.
     - 1. & 2. sunt in parte inferiori in qvolibet latere, pro situ binorum loborum cerebri.
     - 3. est in partis superioris toto ambitu, in qva tota cerebri pars anterior superior convexa sita est,

7. *Sinus*, qvorum numerantur 2. Dexter & ſiniſter, qvi dividuntur per *ſeptum oſſeum*, in qvibus locatum eſt Meditullium inſuper etiam multæ reperiuntur parvæ cellulæ & per foramina duo reſpondent cavitati narium.

8. *Foramina* 15.
- *Externa* 12.
  1. Par orbitarium ſuperius majus; qvod in cantho interno reperitur, & per medium ſuperciliorum, (per qvod ramuli paris qvinti nervorum tranſeunt) progreditur.
  2. Par orbitarium Minus Superius, ſub majori ſitum, & deſinit in ſinus frontales.
  3. Aperturæ ſinuum frontalium, qvæ communicant cum cavitate narium.
  4. 5. & 6. Paria interna Orbitaria; Anticum, Medium & Poſticum appellata.
- *Interna* 3.
  1. Supra Criſtam Galli.
  2. & 3. in parte antica criſta galli.

9. *Connexio* eſt cum 12. oſſibus: Superius cum 2. oſſibus ſincipitis per ſuturam coronalem; lateraliter cum 2. oſſibus temporum; anterius cum 2. naſalibus, 2. lacrymalibus, 2. Zygomaticis; internè cum oſſe cuneiformi & cribroſo.

Not. In Infantibus os Frontis per Suturam ſagittalem, per medium ad naſum usqve tranſientem, dividitur in duo oſſa, qvæ autem creſcentibus annis, coaleſcunt in unum os, ut vix ſuturæ veſtigium appareat.

Tabula 2.
De
Oſſibus Sincipitis.

Notentur.

1. *Nomen.* Hæc bina oſſa in utroqve latere unum, dicuntur *Oſſa Sincipitis*, verticis, rationis, cogitationis, parietalia, arcualia, nervalia, græci, oſſa bregmatis.

2. Sub-

2. *Substantia*. Horum ferè est uti præcedentis ossis frontis ex duabus laminis composita, interjecto meditullio.

3. *Figura* est qvadrangularis, qvod rilatera inæqvalis, scil. Latus Superius, inferius, anticum, posticum.

4. *Numerus*, qvi est binus.

5. *Situs*, qvi est inter os frontis, & os occipitis in parte superiori calvariæ.

6. *Cavitates* 7.
- Externæ 2. in qvolibet osse una tantùm, & merè sunt impressiones, ac variant ratione profunditatis in subjectis.
- Internæ 5.
  - 1. & 2. Majores, qvas pars cerebri superior occupat.
  - 3. & 4. Minores, per qvas transit sinus lateralis duræ matris, in angulo posteriori partis inferioris.
  - 5. Communis est, pro situ sinûs Falciformis duræ meningis.
- Dantur Sulci seu foveolæ nonnullæ, pro situ arteriarum Carotidum.

7. *Foramina* 2. *Par Parietale* dictum, prope Suturam sagittalem, per qvæ vasa sangvifera transeunt.

8. *Os Triangulare Paracelsi* dictum, qvod in fine suturæ sagittalis observatur, non autem in omnibus subjectis.

9. Connexio est cum osse frontis, per suturam coronalem, cum osse occipitis per suturam lambdoideam, osse cuneiformi, duobus temporum per suturam sqvamosam.

Not. In infantibus circa congressum suturæ coronalis & sagittalis membrana reperitur, *Fontanella* dicta.

Tabula 3.
De
Oſſe Occipitis.

Notentur.

1. *Nomen.* Dicitur *os occipitis*, memoriæ, pyxidis, praræ, baſilare.

2. *Subſtantia*, qvæ eſt omnium oſſium cranii craſſiſſima in parte ſuperiori; in parte inferiori autem circa condylos & foramen magnum tenuisſima.

3. *Figura.* Alii volunt figuram triangularem, ſed ego vidi ſeptangularem.

4. *Situs* eſt in parte poſtica capitis ſive cranii.

5. *Proceſſus*, qvorum ſunt 6.
   - Externæ 3.
     - 2. Condyli circa foramen magnum, pro connexione cum prima vertebra.
     - Tertius ſeu Medius; qvi à foramine magno aſcendit, pro inſertione muſculorum, recti interni majoris, & minoris occipitis.
   - Internæ 3.
     - Duo in foramine magno occipitis, juxta proceſſus petroſos.
     - Unus longitudinalis, qvi cavitates internas à ſe invicem diſtingvit.

6. Cavitates
   - Externæ 6.
     - 2. *Semilunares Majores*, pro inſertione muſculorum occipitis, ſcil. cucullaris, ſplenii, complexi, maſtoidei.
     - 2. *Semilunares Minores*, pro inſertione muſculi occipitis, recti majoris, minoris & obliqvi ſuperioris.
     - 2. circa condylos.

Inter-

Internæ 12.
- 2. *Majores*, instar foveæ, pro situ loborum duorum posteriorum cerebri.
- 2. *Minores*, lobis duobus posterioribus cerebelli dilati.
- 2. *Laterales* oblongæ, pro sinubus lateralibus.
- 2. prope foramina jugularia, ubi sinus laterales in venam jugularem abeunt.
- 2. in latere dextro & sinistro baseos occipitis.
- Una in processu medio interno.
- Una ascendit à foramine magno versus sellam turcicam.

7. Foramina 10.

Externa 3.
- 2. supra condylos occipitis, prope processum petrosum, per qvæ venæ à musculis capitis redeuntes ad sinus laterales transeunt.
- Unum supra processum medium externum, pariter pro transitu venæ musculorum capitis ad sinum circularem Willisii.

Interna 7.
- 2. Foramina *Jugularia*.
- 4. *Lingvæ Motoria*, ad latus primi, pro ingressu arteriarum cervicalium, & nervorum lingvæ motoriorum exitu.
- 1. *Azygon* seu *Foramen Magnum occipitis*, pro transitu medullæ oblongatæ.

8. *Ossicula varia.* In Sutura lambdoidea, qvæ os occipitis ab Ossibus sincipitis distingvit, inveniuntur utplurimùm 6. interdum etiam plura vel pauciora ossicula, qvæ ab Inventore Wormio dicuntur *Warmiana*, nec in omnibus subjectis prostant.

9. *Connexio* est superius cum 2. ossibus sincipitis per suturam lambdoideam, ad latera cum 2. Ossibus temporum; inferius cum osse cuneiformi per coaptationem & prima vertebra colli per inarticulationem.

Not. In infantibus ex 4. componitur ossibus, qvæ, crescentibus annis, in unum coalescunt.

Tabula 4.
De
Offibus Temporum.

Not.

1. *Nomen.* Hæc bina, in utroqve latere unum, dicuntur *Offa Temporum*, Polyoidea, acuſtica, parietalia, lapidoſa, petroſa, ſqvamoſa, mendoſa.
2. *Sita* ſunt ad latera capitis, ubi aures affixæ ſunt.
3. *Subſtantia* eſt ſuperius tenuisſima & ſqvamoſa; inferius verò craſſior & admodùm inæqvalis.
4. *Figura* valde eſt irregularis; alii volunt trilateralem ſeu pyramidalem, alii ad circularem accedentem; ſed potius eſt ſemicircularius ſuperius, & inferius maximè inæqvalis.

5. *Proceſſus* 8.
   - Externi 6.
     - 2. *Obtuſi*, craſſi, breves & intus cavernoſi, *Mammillares* ſeu *Maſtoidei* dicti, ubi muſculi maſtoidei inſeruntur.
     - 2. *Styloidei*, ſtyliformes, graphoidei, belenoidei ſeu plectrum dicti, oblongi, graciles & acuti, profirmandis muſculis oſſis hyoidis & lingvæ.
     - 2. *Zygomatici* ſeu Jugales, ſive pars oſſis jugalis.
   - Interni 2. qvi alias vocantur *Proceſſus Petroſi*, qvi continent in ſe cavitatem tympani, labyrinthum cochleam, oſſicula auditûs, deqvibus vide in Tab. de Auditu.

6. Cavitates 14.
   - Externæ 8.
     - 2. *Mammillares* ſeu *Maſtoideæ*, ſub proceſſibus maſtoideis, pro inſertione muſculi occipitis recti lateralis.
     - 2. dictæ *Specus Williſii*, in qvibus fit intumeſcentia venæ jugularis internæ.
     - 2. Sub proceſſibus Zygomaticis, pro articulatione maxillæ inferioris.
     - 2. Supra proceſſibus Zygomaticos, ubi muſculus temporalis deſcendit.

Inter-

- Internæ 6.
  - 2. Anteriores, pro basi cerebri.
  - 2. Posteriores, in parte postica, pro descensu sinuum lateralium.
  - 2. Minores in latere superiori processus petrosi, pro situ sinuum ephippialium minorum.

7. *Sinus* 2. in utroqve osse unus in processu mastoideo, parti inferiori duræ meningis sinûs respondens.

8. *Foramina* 26. seu Paria 13.
  - Externa 6. Paria.
    - Propria 5.
      1. *Par Mastoideum*, pro introitu venæ majoris ad sinus laterales.
      2. *Meatus Auditorius*.
      3. *Aqvæ ductus Fallopii*, Situs inter processum mastoideum & styloideum, pro exitu nervi durioris septimi paris.
      4. *Caroticum Majus*, pro transitu arteriæ carotidis in cavitatem cranii.
      5. *Aqvæ ductus Eustachii*.
    - Commune Unum *Zygomaticum* dictum, ubi os Zygomaticum cum processu Zygomatico ossis temporum conjungitur & Foramen magnum efficitur, per qvod musculus temporalis transit.
  - Interna 7. Paria.
    - Propria 4.
      1. Par *Acusticum Meatus Auditorius*.
      2. pro introitu vasorum sangviferorum ad labyrinthum sub meatu auditorio.
      3. pro exitu nervi durioris ad duram matrem, supra meatum auditorium, prope sinum ephippialium.
      4. in parte antica processus petrosi.

Com-

Communia 3. Paria.
- 1. *Jugulare*, pro exitu venæ jugularis internæ.
- 2. *Caroticum Majus*, pro ingreſſu arteriæ carotidis.
- 3. *Guſtativum ſecundum*, per qvod Ramus nervi paris guſtativi tranſit.

9. *Connexio* cum 2. oſſibus ſincipitis per ſuturam ſqvamoſam, 2. oſſibus Zygomaticis, uno cuneiformi, occipitis per ſuturam lambdoideam, & maxillari.

Tabula 5.
De
Oſſe Cuneiformi.

Notentur:

1. *Nomen.* Vocatur *Os Cuneiformi*, *Sphænoideum*, polymorphon, colatorium, baſilare, os palati.
2. *Subſtantia* ejus eſt craſſa & maximè inæqvalis.
3. *Situs* ejus eſt inter oſſa temporum, occipitis & ethmoideum, in parte inferiori cranii ſecundum longitudinem antrarſum; ſecundùm latitudinem in medio ad ſupremum oris vergens.
4. *Figura* admodùm eſt irregularis; attamen in illo anguli viginti duo totidemqve latera numerari ſolent.

5. Proceſſus 10.
- Externi 6.
  - 2. *Alares* ſeu aliformes, *Pterygoidei externi.*
  - 2. *Alares* ſ. *Pterygoidei interni.*
  - 2. *Temporales* ſeù Apices Oſſis cuneiformis.
- Interni 4.
  - 2. Anteriores Sellæ turcicæ ſeu *Sellulares* ſive *Eqvini.*
  - 2. Poſteriores ſellæ turcicæ ſeu *Sellulares* poſteriores.

6. Appendix, Styliformis minor in proceſſibus pterygoideis internis ſitus.

7. Cavitates 8.
- Externæ 2. qvæ *Alares* vocantur, & inter proceſſum alarem externum & internum ſitæ ſunt.
- Internæ 6.
  - 2. Majores pro ſitu partis inferioris cerebri.
  - 2. pro ſitu glandulæ pituitariæ ad latera ſellæ turcicæ.

una

- Una maxima in medio ſellæ turcicæ, ubi glandula pituitaria ſita eſt.
- Una inter duas proceſſus anteriores ſellares.

8. S*inus* 2. obſervantur à vomere diviſi, & in narium cavitates deſinunt, reperiuntur internè in ſella turcica, & dicuntur *Sinus ſphœnoidei* ſeu ſellæ turcicæ.

9. Foramina 33.
   - Externa 8. Paria.
     - Propria 3. paria.
       - 2. Paria *Alaria Externa* & *Interna*, pro tranſitu nervorum qvinti paris & inſignis rami arteriæ carotidis ad ſinus ſphœnoideos.
       - Unicum par, pro exitu ſinuum ephippialium ad cavitatem narium.
     - Communia 5. paria.
       - 1. *Zygomaticum.*
       - 2. *Foramina orbitaria* externa ſeu oblonga.
       - 3. *Palatinum poſticum majus.*
       - 4. *Palatinum poſticum minus*, pro tranſitu nervorum ad tunicam palati & radices dentium.
       - 5. *Palatinum poſticum minus internum.*
   - Interna 8. paria unum Impar
     - Propria 6. paria & unum Impar
       - 1. *Orbitarium* ſeu *Opticum*, per qvod nervus opticus tranſit ad oculos.
       - 2. *Foramina orbitaria oblonga interna.*
       - 3. *Par Temporale.*
       - 4. *Ovale ſeu Guſtativum primum.*
       - 5. *Caroticum ſeu Rotundam minus.*
       - 6. Sphœnoideum.
       - 7. Impar in ſellæ turcicæ medio, ſub glandula pituitaria.

	Communia 2. Paria.	1. *Gustativum secundum*, pro qvinto nervorum pari.	
		2. *Caroticum majus*, pro insigni ramo arteriæ carotidis.	

10. *Connexio* est cum Osse frontis, ethmoideo, occipitis, vomere, duobus temporum, bregmatis, zygomaticis, maxillaribus & palatinis.

Not. In infantibus constat ex 4. distinctis ossibus, vel ut alii volunt ex tribus, uno scil. medio, maximo, qvod basin constituit & sellam eqvinam efformat atqve antrorsum versus latera duas qvasi alas expandit; duobus minoribus alas pterygoideas constituentibus, qvæ omnia successu temporis in unum os coalescunt.

Tabula 6.
De
Osse Cribroso.

Notentur:

1. *Nomen.* Appellatur *os cribrosum, Ethmoideum*, spongiosum, spongioi
2. *Situs*, qvi est intrinsecus in media frontis basi ad radices parium, in anteriori parte basis cranii, inter os frontis & Sphœnoidis.
3. *Numerus.* Alii volunt ex 2. ossibus constare, sed unicum tantùm os est, licet in duas tabulas cribrosas dividatur per processum cristam galli dictum.
4. *Substantia* superius est cribrosa tenuis, inferius in cavitate narium cellulosa, tenuis atqve spongiosa.
5. *Figura* in cavitate cranii plana & foraminulenta, qvadrilatera, in cavitate narium verò sinuosa & inæqvalis.

6. Processus 8.	Externi 7.	1. Septinarium superior, qvod septum narium pro magna parte constituit.	
		Reliqvi 6. vocantur processus *Gradus Scalæ* seu ossa *turbinata.*	
	Internus unus acutus, *Crista Galli* dictus, totum os in binas tabulas distingvens.		

7. Cavi-

7. *Cavitates* { Externæ 6. qvæ ſunt in ſuperficie inferiori graduum ſcalæ.
Internæ 2. in qvolibet latere criſtæ galli una, pro tranſitu nervi olfactorii.

8. *Sinus* in utroqve latere 3. Anterior celluloſus, Medius & Poſterior continui ſunt & hiant in cavitatem narium.

9. *Foramina* { Externa 8. qvæ ſunt apertura ſinuum ethmoideorum ad cavitatem narium, pro exitu muci ſeparati.
Interna 2. in tabulis cribroſis, licèt plura inveniantur foraminula, ad unum par tamen referuntur, pro tranſitu filamentorum nervi olfactorii ad membranam narium.

10. *Connexio* eſt cum 2. oſſibus maxillaribus, lacrymalibus, naſi, uno oſſe frontis, cuneiformi & vomere.

Not. In infantibus hoc os eſt maximè tenerum & cartilaginoſum, neqve proceſſus criſtæ galli obſervantur.

Tabula 7.

Conſideratis oſſibus 8. externis cranii, nunc ordo tangit *oſſa cranii interna* qvæ ratione numeri 8. numerantur, & dicuntur

Oſſicula Auditus.

Not.

1. *Numerus*, qvi conſiſtit ex 4. oſſiculis, in qvolibet proceſſu petroſo.

2. *Dividuntur* in { 1. *Malleum* qvi iterum diſpeſcitur in { *Caput* ſeu Capitulum, ubi ſunt. { Duo Condyli una cavitas ſeu ſinulus unicus } pro connexione cum incude per ginglymum.
Cervicem cujus ſunt { Duo proceſſus ſeu duæ apophyſes, alter acuminatus, cui adjacet muſculus mallei internus; alter obtuſus, cui adhæret muſculus mallei internus.
Manubrium ſeu Caudam, qvod duas apophyſes habet & tympano connexa eſt.

2. *Incudem*, dentem molarem referentem cum duobus radicibus, ubi etiam notentur
- Basis, qvæ habet
  - 2. cavitates s. sinulos
  - 1. condylum oblongum;
  - pro connexione cum capite mallei per ginglymum.
- Crura 2. s. processus duo.
  - unum est breve & latius capitulo præditum, pro connexione cum osse temporum.
  - unum longius cum capitulo, cui annectitur os orbiculare.

3. *Stapedem*, & est os orbiculare habens duo latera angustiora & basin latiorem, qvæ fenestræ seu foramini ovali infixa est, & eam exacte claudit, atqve connectitur cum osse orbiculari, osse petroso, membrana, qvæ foramen ovale claudit, & cum nervo molliori septimi paris.

4. Os Orbiculare, cujus
- pars convexa seu capitulum connectitur cum stapedis vertice.
- pars concava seu cavitas excipitur à capitulo cruris longioris.

3. *Usus* officulorum est, sonum exceptum cerebro per nervum acusticum communicare & ad tensionem tympani contribuere.

Tabula 8.

Seqvuntur nunc *Ossa Maxillæ Superioris*, qvorum numerus constat ex 11. Ossibus seu qvinqve paribus & uno impari.

De
Ossibus Zygomaticis.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Os Zygomaticum*, jugale.
2. *Numerantur* duo ossa in qvolibet latere unum.
3. *Sita* sunt sub oculo lateraliter in parte inferiori temporum, sive parte antica calvariæ.
4. *Substantia* maximè firma & solida est atqve caret medulla & cavitate.
5. *Figura* repræsentat qvinqve angulos.

6. *Pro-*

6. *Processus* unicus est in qvolibet osse, *Externus* dictus, pro connexione cum processu Zygomatico temporum.
7. *Cavitates* { Externa posterius descendens sub processu Zygomatico. Interna est interius in orbita oculi.
8. *Foramina* in qvolibet Osse 3. { Propria duo in medio ossis, pro transitu vasorum. Commune unum magnum, qvod efformatur ex processu Zygomatico & temporali, per qvod transit musculus temporalis.
9. *Connexio* cum osse frontis, temporum, cuneiformi & maxillari.

Tabula 9.
De
Ossibus Lacrymalibus.

Not.

1. *Nomen.* Appellatur *os lacrymale*, ungvis.
2. *Numerus.* Reperiuntur duo in qvolibet latere unum.
3. *Sita* sunt hæc ossa in cavitate orbitaria interna versus ossa nasalia & efficiunt canthum oculi internum.
4. *Substantia* est tenuis, pellucida ac valdè fragilis.
5. *Figura* est ovalis sive pyriformis.
6. *Processus* unus oblongus in medio pro insertione ductûs lacrymalis.
7. *Cavitas* una, pro situ glandulæ lacrymalis externæ ejusqve ductûs.
8. *Foramen* unum, *Punctum Lacrymale*, commune, dictum, pro exitu lacrymarum in narium Cavitatem.
9. *Connexio* in qvolibet latere cum osse frontis, ethmoideo & maxillari.

Tabula 10.
De
Ossibus Maxillaribus.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur, *Ossa Maxillaria*, palatina postica, *Maxilla Superior* propriè sic dicta.
2. *Numerus*, qvi binus est in qvolibet latere unum os.
3. *Sita* sunt sub oculo & osse Zygomatico prope nasum.

 4. *Sub-*

4. *Substantia* superiùs circa orbitam oculi est mollis & tenuis; inferius circa dentes admodùm firma.

5. *Figura* maximè irregularis & inæqvalis; attamen ad novem angularem referri solet.

6. Cavitates 28.
- *Communes* in qvolibet latere 4.
  - 1. Cavitas orbitaria, qvæ maximam partem oculi inferiorem continet.
  - 2. - suborbitaria.
  - 3. - palatina superior.
  - 4. - - inferior.
- Propriæ 16. qvæ sunt *Alveoli dentium*, qvibus dentes infiguntur.

7. *Foramina* in qvolibet latere 11.
- Propria 5.
  - 1. Orbitarium inferius, pro transitu nervorum paris qvinti.
  - 2. & 3. in fissura orbitaria externa, pro transitu nervorum in cavitatem narium.
  - 4. Palatinum anticum, pro transitu nervorum ad palati tunicam.
  - 5. Apertura sinuum maxillarium ad cavitatem narium.
- Communia 6.
  - 1. Pro cavitata narium efformanda.
  - 2. Pro transitu nervorum ad oculos, qvod dicitur *Fissura oblonga orbitaria externa.*
  - 3. Palatinum posticum majus.
  - 4. - - minus externum.
  - 5. - - - internum.
  - 6. *Lacrymale*, qvod commune est cum osse lacrymali.

8. *Connexio* in qvolibet latere cum osse frontis, nasi, lacrymali, cribroso, cuneiformi, zygomatico, palatino postico atqve vomere.

Tabula II.
De
Ossibus Nasalibus.

Notentur.

1. *Nomen.* Dicuntur *Ossa nassalia*, nasi, narium.

2. *Numerus.* Constant ex duobus ossibus, in qvolibet latere nasi unum est, & per suturam narium mediam dividitur.

3. *Si-*

3. *Situs.* Locata sunt hæc ossa intra binos oculos in medio faciei.

4. *Substantia* est tenuis & solida,

5. *Figura* est qvadrangularis & qvadrilatera.

6. *Cavitas* una in qvolibet osse

7. *Foramina* 2 in qvolibet latere. { Proprium unum in latere nasi. Commune magnum sive introitus externus narium.

8. *Connexio* cum osse frontis, maxillari, cribriformi & nasi proprio.

Tabula 12.
De
Ossibus Palatinis.

Notentur:

1. *Nomen.* Vocantur *Ossa Palatina* sive Ossa Palatina postica ad differentiam ossium maxillarium sive palatinorum anticorum.

2. *Numerus.* Per coagmentationem sive lineam dividuntur in bina ossa.

3. *Sita* sunt ad palati extremum, ubi narium foramina ad fauces tendunt atqve palati amplitudinem efficiunt.

4. *Substantia* tenuis qvidem, sed solida, firma ac dura est.

5. *Figura* habet qvinqve angulos.

6. *Processus* unus in qvalibet ossis parte, prope foramen palatinum posticum majus, pro adhæsione firmiori ligamenti uvulæ,

7. Cavitates duæ { 1. Cavitas supra palatina. 2. Cavitas infra palatina.

8. *Foramina* in qvolibet osse 3. { 1. Palatinum posticum majus. 2. - - minus internum. 3. - - - externum } pro nervi gustatorii & rami noni paris transitu.

9. *Connexio* in qvolibet latere cum osse palatino antico sive maxillari, cuneiformi & vomere.

Tabu-

Tabula 13.

De

Vomere.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Vomer*, os ἄζυγον ſive ſolitarium.
2. *Numerus.* Unicum tantùm os eſt.
3. *Situs* Erigitur è medio palati ſurſum, nariumqve partes inſtar ſepti diſtingvit à ſe invicem.
4. *Subſtantia* ſuperius eſt craſſa, inferius autem tenuis.
5. *Figura* triangulum refert.
6. *Cavitates* 3. { 1. Superior, in qva os cuneiforme qvieſcit. 2. & 3. Laterales.
7. *Connexio* cum oſſe cuneiformi, cribroſo, duobus oſſibus palatinis poſticis & anticis, duobus ſcilicet maxillaribus.

Tabula 14.

De

Maxilla Inferiori.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur ſolùm *Maxilla Inferior.*
2. *Numerus* eſt in junioribus duplex; in adultis verò, creſcentibus annis, coaleſcit in unicum os, & qvidem circa mentum ſive in medio oſſis.
3. *Sita* eſt ſub maxilla ſuperiori.
4. *Subſtantia* extus eſt duriſſima, validiſſima, ſolidiſſima & craſſiſſima, intus vero fiſtuloſa, vel canaliculoſa, pro ſitu vaſorum.
5. Figura eſt arcualis.

6. Divi-

6. *Dividitur* in
- 1. *Mentum*, genium sive meson.
- 2. *Basin* sive Milon.
- 3. Processus 8.
  - Majores 4. qvorum sunt
    - Duo Anteriores acuti *Coronæ* dicti pro receptione musculi temporalis.
    - Duo Posteriores Obtusi, *Condyli* dicti, pro inarticulatione cum osse temporum per arthrodianos, & insertione musculi pterygoidei externi maxillæ inferioris.
  - Minores 4. qvorum
    - 1. in medio menti externi.
    - 2. in medio menti interni, pro insertione musculi qvadrati maxillæ inferioris.
    - 3. & 4. juxta foramina interna *Processus baseos* dicti, pro insertione musculi pterygoidei interni & masseteris.

7. *Cavitates* 12.
- Externæ 6.
  - 1. & 2. in medio menti externi.
  - 3. & 4. à coronis descendunt & vocantur Cavitates baseos.
  - 5. & 6. inter processus majores procedunt.
- Internæ 6.
  - Duæ in medio menti interni.
  - Duæ in corpore baseos.
  - Duæ in processibus majoribus.

8. *Impressiones* sive Asperitates duæ.

9. *Canales* duo, circa processus minores, pro introitu & exitu vasorum sangviferorum & nervorum ad nutritionem dentium abeuntium.

10. *Alveoli* 16. pro insertione dentium.

11. *Foramina*, 2. in qvolibet latere
- Unum Internum seu Minus anticum, pro initio processuum, pro introitu rami nervorum qvinti paris & arteriæ carotidis externæ intra maxillam, pro nutritione dentium.
- Alterum Externum sive majus posticum, per qvod dicta vasa extra maxillam emergunt & ad labia, eorumqve musculos & cutem excurrunt.

12. *Connexio* cum duobus ossibus temporum per arthrodiam, mediantibus ligamentis & musculis.

Tabula 15.

De *Dentibus*.

Not.

1. *Substantia* exterior est dura, solida, ossea; interior verò cava & porosa.
2. *Numerus* ordinarius constat ex 28. rarius ex 32. in qvalibet maxilla 14. vel 16.
3. *Divisio* in
   - *Incisores* 4. qvorum.
     - *Situs*, qvi est in parte anteriori, & medii positi sunt inter cæteros.
     - *Figura.* Pars superior seu basis est magis lata, acuta & tenuis; pars inferior seu radix simplex & acuta.
     - *Usus* est, alimenta incidendo grosso modo dividere.
   - *Caninos* 2. totidemqve *Oculares*, qvorum
     - *Situs caninorum* est in maxilla inferiori inter incisores & molares medii, *Ocularium* verò in maxilla superiori inter incisores & molares.
     - *Figura* omnium qvoad basin est acutior, radix vero est robustior, longior & simplex.
     - *Usus* pro apprehensione partium minorum cibi.
   - *Molares* sive Gomphios, Maxillares, qvorum
     - *Situs* est immediatè post caninos & molares in qvalibet maxilla.
     - *Numerus* ordinarius 16. in qvalibet maxilla 8. & qvolibet latere 4. raro major vel minor numerus reperitur.
     - *Figura* qvoad basin est lata & eminentiis acutis prædita; qvoad radicem vero duplex, vel triplex, vel etiam qvadruplex.
     - *Usus* est, cibum ruditer præparatum omnino diminuere.

Den-

Dentes Sapientiæ 4. in qvalibet maxilla 2. in qvolibet latere unus, qvorum ſitus eſt immediatè poſt molares, figura autem & uſus idem eſt ac molarium dentium.

4. *Foramen* unum in ſingulis radicibus, pro introitu vaſorum ad cujuslibet dentis Senſum & nutritionem.
5. *Connexio* omnium dentium eſt in utraqve maxilla per gomphyſin ſive conclavationem in ſuis alveolis.
6. *Uſus* communis eſt, alimenta ſolida incidere & diminuere, vocem & venuſtatem adjuvare.

Tabula 16.

De

Oſſe Hyoide.

Not.

1. *Nomen.* Appellatur *Os Hyoides, hyoideum,* hypſiloides, lambdoides, bicorne, gutturis, lingvæ.
2. *Situs*, qvi eſt ad fauces, finem lingvæ & ſuperiorem partem laryngis, ſub maxilla inferiori, & baſis adjacet anterius capiti laryngis, reſpiciunt poſterius cornua poſteriorem corporis regionem.
3. *Numerus.* In adultis eſt unicum.
4. *Subſtantia* eſt mollis & poroſa.
5. *Figura* arcuata maxillæ inferioris ad inſtar, vel ut alii volunt, repræſentare partem cranii bovini cum carnibus exciſam.
6. *Diviſio* in
   - 1. *Baſin*, ubi
     - Latera 4.
       - 1. Superius, qvod latum eſt, & in cujus medio tuberculum ſeu proceſſus minor cum una cavitate obſervatur.
       - 2. Inferius, qvod anguſtum.
       - 3. Anticum, qvod convexum.
       - 4. Poſticum, qvod concavum eſt.
     - Extremitates duæ { Dextra / Siniſtra } ubi 2. cavitates in qvalibet, pro arculatione baſeos cum cornubus.
     - Connexio cum cornubus majoribus & minoribus.
   - 2. *Cornua Majora duo.* In cujuslibet eorum extremitate inferior obſervatur appendix cartilaginea & connectuntur cornua in principio cum baſi per arthrodiam.

3. Cor-

3. *Cornua Minora seu cornicula duo*, qvæ in principio cornuum majorum prope basin sita sunt, & connectuntur cum basi per arthrodiam.

7. *Connexio* est, qvoad cornua majora cum superioribus processibus cartilaginis scutiformis per valida ligamenta, pluribusqve aliis partibus per musculos suos hyoideos.

8. *Usus* est, ut lingvæ sit probasi, ut per ejus motum lingva aliqvatenus moveatur, & ut sit origo musculorum plurium lingvæ & laryngis.

SECTIO II.

De *Ossibus Trunci.*

Tabula I.

De *Spina Dorsis sive Vertebris.*

Not.

1. *Nomen generale.* Dicitur generatim *Spina Dorsi*, Græcis Acantha Rachis.
2. *Nomen speciale.* Appellatur speciatim *Vertebra*, Spondylus; qvia Spina Dorsi ex vertebris componitur.
3. *Sita* est Spina dorsi in parte trunci posteriori & totam qvasi basin trunci constituit.
4. *Numerus.* Constat Spina dorsi ex 33. vertebris.
5. *Foramina vertebrarum*
   - Proprium unum, pro medullæ spinalis transitu.
   - Communia duo, in utroqve latere vertebræ, pro exitu nervorum ad partes musculosas.
   - Insuper etiam minora observantur foraminula, pro transitu vasorum sangviferorum ad nutritionem vertebrarum & medullæ spinalis.

6. Divi-

6. *Divisio plurium vertebrarum*

- *Generalis* in
  - Vertebras
    - Veras
      - Superiores 24. Colli, dorsi & lumborum.
    - Spurias
      - Inferiores 9. ossis sacri & coccygis.
  - Basin, ubi Epiphyses seu appendices duæ; una superior, altera inferior.
  - Processus 7. qvorum sunt
    - Duo transversales seu laterales, qvi longiores sunt.
    - Qvatuor obliqvi; scil. 2. obliqve descendentes & 2. obliq; ascendentes.
    - Unus posterior acutus, spinatus, brevis.
- *Specialis* in vertebras.
  - Colli 7. superiores, qvorum propria sunt, ut
    1. Vertebra prima dicatur *Atlas* seu *versarilis*, & loco baseos prædita cavitate una & foramine magno, & loco processus spinati gaudeat tuberculo, pro principio duorum musculorum capitis propriorum, scil. rectorum minorum; & ut processus hujus vertebræ primæ sint longiores, qvam reliqvorum colli, processus obliqvi sint sinuati superius & inferiùs, insimul hæc vertebra sinum habeat pro processu dentiformi.
    2. Vertebra secunda appellatur peculiari nomine *Epistrophus* seu *Axis* græc. *Odontoides*; & habeat processum dentiformem rotundum atqve longum, circa qvem vertebra prima cum capite tanqvam circa axin vertitur; duo processus obliqvi tantùm sint condyli, laterales verò perforati.
    3. Seqventium 5. basis superius concava, inferiùs convexa; processus bividi, pro commodiori musculorum locatione; laterales perforati & in medio concavi, pro transitu arteriarum cervicalium ad caput; obliqvi verò admodùm breves, observentur.

Dorſi ſ. *Thoracis*, qvarum 12. ſunt & hæc propria habeant, ut

1. Vertebra prima vocetur *Lophia* ſeu *Eminens*.
2. Secunda *Maſchaliſter*, *Axillaris*.
3. Octo ſeqventes *Pleuritæ*, *Coſtales*.
4. Undecima *Arrephis*, *Stabilis*.
5. Duodecima *Diacaſter*, *Præcingens*.
6. In omnibus vertebris baſis rotunda, inqve hujus qvolibet latere, (exceptis ultimis duabus,) duæ cavitates, pro inſertione coſtarum; proceſſus ſpinati longiores, magisqve acuti & deorſum vergentes, (exceptâ ultimâ,) qvæ perpendiculariter inſiſtit; laterales excavati, (exceptâ duodecimâ,) pro articulatione coſtarum; obliqvi longiores, qvàm vertebrarum colli annotentur.

Lumborum ſ. *Lumbares* 5. qvarum Propria ſunt, ut

1. Prima dicatur *Nephritis*, *Renalis*.
2. Tres ſeqventes *Acniſes*.
3. Qvinta *Aſchalites*, *Firmalis*, *Suffulciens*.
4. In omnibus baſis omnium vertebrarum craſſiſſima & maxima; Proceſſus obliqvi longiſſimi; laterales longiores, imprimis in tribus mediis vertebris; ſpinati craſſiores, latiores, magisqve recti, pro majori robore in connexione ligamentorum & muſculorum, animadvertantur, & omnes vertebræ inter ſe laxius conjungantur liberiusqve moveantur.

Oſſis Sacri 5. qvarum Propria ſunt, ut

1. *Os* dicatur *Sacrum* & etiam *Os Latum*.
2. *Figura* ſit triangularis, exterius convexa, interiùs autem concava;
3. Situm ſit hoc os ſub vertebris inſtar baſis.

4. Omnes

4. Omnes vertebræ coaluerint in unum tantùm corpus.

5. Proceſſus obliqvi omnes coaluerint, exceptis ſuperioribus; Spinati non ſint longi, ſed obtuſi & qvaſi tubercula; laterales vero longiſſimi & craſſiſſimi, inqve horum lateribus externis cavitas oblonga cum variis Condylis minoribus, pro articulatione cum oſſibus innominatis, obſerventur.

6. Cavitas ſeu Foramen proprium magnum in medio, per qvod medulla ſpinalis tranſit, ſenſim auguſtetur.

7. Habeat foramina communia 10. lateralia magna, pro exitu nervorum cruralium.

Oſſis Coccygis 4. qvarum propria ſunt, ut:

1. Figura oſſis ſit parva & triangularis.
2. Subſtantia mollis, cartilaginoſa, poroſa & ſpongioſa.
3. Situm ſit hoc os in infima trunci parte, pro ſuſtentatione inteſtini recti.
4. Proceſſus fermè nullos habeat, exceptis lateralibus, qvi tantum ſunt exiles & breves.
5. Deſtituatur foramine magno & communibus.

7. *Connexio* omnium vertebrarum verarum eſt in baſi per Synchondroſin, in proceſſibus obliqvis per arthrodiam, cùm vertebris inter ſe & lateraliter cum coſtis veris.

8. *Uſus* vertebrarum & totius Spinæ eſt, truncum ſtabilire & firmare.

Tabu-

Tabula 2.

De Scapula.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Scapula*, Homoplata, Scophulum, Scapulum.
2. *Situs*, qvi est inter primam & qvintam costam, à tergo superiorum costarum parti posticæ, instar scuti, incumbens.
3. *Numerus* est binus in qvolibet latere una scapula.
4. *Substantia* tenuis & transparens in medio, in processibus verò crassa & spongiosa.
5. *Figura* inæqvalem qvasi triangulum efformans, internè cava, externè gibba seu convexa.
6. Divisio in
   - *Corpus* seu *Mensam* & dividitur in
     - Basin, ubi
       - Eminentia baseos superior *Angulus Scapulæ Superior.*
       - Eminentia baseos inferior, *Angulus Scapulæ Inferior.*
       - Latus posticum externum, Dorsum *Scapulæ* nuncupatur.
     - Costas seu Spinas duas ubi
       - *Costa Scapulæ Superior* sive latus superius ab angulo superiori usqve ad processum coracoideum;
       - *Costa Scapulæ Inferior* seu Latus inferius, ab angulo inferiori scapulæ ad cervicem usqve, dicitur.
   - *Processus* 4. qvorum
     1. *Spina Scapulæ* procedens, à dorso scapulæ & à basi usqve ad cervicem.
     2. *Acromium*, humeri mucro, summus homerus, longus, processus externus, supra cervicem eminens, cum qvo latior claviculæ extremitas connectitur.
     3. *Coracoides*, anchoroides, Sigmoides, mediocris, inferior & acutus, & cum clavicula connectitur.
     4. Processus brevis seu *Cervix Scapulæ*, ubi eminentia cervicem ambiens dicitur *Supercilium Cervicis*, pro connexione cum osse humeri.

7. Cavi-

7. Cavitates 9.
1. *Venter Scapulæ* in latere interno.
2. *Interscapulium Superius*, inter costam superiorem & spinam.
3. *Interscapulium Inferius* inter costam inferiorem & spinam.
4. Sub processu acromio, pro ascensu musculi supraspinati ad caput ossis humeri.
5. Sub processu coracoideo.
6. In cervice, pro connexione cum osse humeri.
7. *Semilunaris* inter processum coracoideum & primam costam.
8. In parte antica processus acromii, pro articulatione claviculæ.
9. In parte Superiori processus coracoidei, pro articulatione claviculæ.

8. *Impressiones & Eminentiæ* in ventre.
9. Asperitates in processu coracoideo & acromio.
10. Appendices in qvolibet processu & angulo unus.
11. *Foramina* 3.
1. in ventre
2. in interscapulio superiori
3. - - inferiori
pro transitu vasorum nerveorum & sangviferorum.

12. *Connexio* cervicis scapulæ cum osse humeri per enarthrosin; processûs acromii & coracoidei cum claviculá per arthrodiam cum motu manifesto.
13. *Usus*, sustentare & firmare claviculas, costas, os humeri, musculos, pulmones, cor aliasqve inferiores ab injuriis externis defendere.

Tabula 3. De *Claviculis*.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Clavicula*, Jugulum, furcula, ligula.
2. *Sita* est clavicula sub imo colli in pectoris summô transversim.
3. *Numerus* binus, in qvolibet latere una.
4. *Substantia* in medio firma, circa extremitates seu capitula, fistulosa, cavernosa & fungosa est.

5. Figura inæqvalis, incurvata accedens ad figuram literæ latinæ majoris S, sive clavis antiqvæ.

6. Divisio in
- Medium, ubi 4. Latera
  - 1. Latus Superius, ubi eminentia qvædam instar spinæ est, pro principio & transitu musculi mastoidei.
  - 2. Inferius cum cavitate oblonga, pro principio musculi subaxillaris.
  - 3. Internum, 4. Externum: ubi anterius arcus major, posterius cavitas semilunaris observatur.
- Extremitates duas, sive capitula 2.
  - 1. Extremitas Anterior, cum capitulo crasso & obtuso, *Catasphage* dicto, pro articulatione cum sterno.
  - 2. Posterior, cum capitulo plano & lato, *Epomis* dicto, pro articulatione cum cavitate processus acromii.

7. *Superficies* aspera & inæqvalis in utraqve extremitate, pro firmiori adhæsione musculorum & ligamenti circularis.

8. *Connexio* anterius cum capite ossis sterni & extremitate superiori costæ primæ; posterius cum processu coracoideo & acromio utroqve per arthrodiam & synchondrosin.

9. *Usus* est, firmare & suffulcire scapulas, ipsumqve brachium & thoracem superius claudere.

Tabula 4.
De
Costis.

Not.

1. *Nomen.* Vocantur *Costæ*, pleuræ, spathæ.
2. *Situs.* Locantur ad latera vertebrarum dorsi & protenduntur versus pectus.
3. *Substantia* postica est ossea; antica vero cartilaginosa prope os sterni, ubi cum illo connectitur.
4. *Figura* est semicircularis seu semilunaris & arcum refert.
5. *Numerus.* Duodecim in qvolibet latere sunt.

6. Deci-

6. *Divisio*

- *Generalis* in
  - *Veras sive Legitimas Costas*, qvarum sunt 7. superiores.
  - *Spurias sive Falsas*, qvarum sunt 5. Inferiores.
- *Specialis* in
  - 1. Costarum verarum in
    - *Extremitates* duas,
      - *Anticam*, qvæ lata, & in parte ossea concava est, pro connexione cum cartilagine per Symphysin, atqve in parte cartilaginea insimul condylum habet, pro connexione cum sterno per Synchondrosin.
      - *Posticam*, qvæ tenuis & inæqvalis est atqve dotata processibus sive capitulis tribus exceptâ primâ costâ, & ultimis duabus. Hæc tria capitula sunt
        - 2. extrema, pro connexione cum basi vertebrarũ.
        - unum laterale pro connexione cum processu transversali vertebrarum.
    - *Medium*, in qvo Latera 4.
      - 1. Externum, qvod convexum & asperium, ex qvo prodeant ligamenta, qvibus alligantut vertebris.
      - 2. Internum qvod concavum & glabrum pro commodiori situ viscerum internorum.
      - 3. Superius, ubi 2. Supercilia.
        - Externum.
        - Internum.
      - 4. Inferius, ubi etiã 2. Supercilja,
        - Externũ.
        - Internũ.

2, Spu-

2. *Spuriarum* in
- Extremitatem anticam, qvæ est cartilaginosa & acuminata;
- Extremitatem posticam, qvæ est eadem, uti costarum verarum.
- Medium, qvod qvoqve figuram repræsentat verarum costarum.

7. *Sinus seu Cavitas* in cujuslibet vertebræ veræ latere interno observantur per longitudinem excurrens, pro transitui tutori arteriæ, venæ & nervi intercostalis vasorumqve lymphatiorum.

8. Propria.
1. Duæ Superiores dicuntur *Antistrophæ* seu Recuriæ.
2. Tertia & qvarta *Stereæ* sive *Solidæ*.
3. Qvinta & sexta *Sternitides* seu *Costæ sterni*.
4. Septima & octava *Parasyræ* seu *Distractæ*.
Reliqvæ peculiari nomine carent.
5. Costæ superiores & inferiores breves, mediæ vero longiores sunt.
6. Costa suprema omnium maximè curva & brevissima interlegitimas.
7. Septima vertebrarum est magis recta & longissima.
8. Costæ spuriæ inferiores tres non immediate attingunt sternum, sed tertia secundæ & qvarta tertiæ costæ &c. annectitur per cartilaginem.

9. *Connexio* verarum & spuriarum est in parte postica cum basi vertebrarum & processu laterali vertebrarum; in antica autem parte costæ 7. superiores cum sterno per Synchondrosin; spuriæ è contrario ita, ut cartilago primæ spuriæ cartilagini ultimæ veræ, & cartilago secundæ spuriæ, cartilagini primæ spuriæ, &c. connectantur.

10. *Usus* est, thoracem cum aliis partibus constituere, firmare, musculos cum aliis vicinis partibus, respirationi præprimis dicatis, sustentare; cor, pulmones, aliasqve partes interiores ab injuriis externis defendere &c.

Tabula 5.
De
Sterno.

Not:

1. *Nomen*. Audit *Sternum*, os pectoris, ensiformis, stereon, Xiphoideum.
2. Situs. Positum est in anteriori thoracis parte, costis incumbit & innititur.

3. *Substantia* est mollis, fungosa, porosa & qvasi semi cartilaginea.
4. *Figura* pugionem refert & exterius convexa, interius concava est.
5. *Numerus*. Lenicum tantum os est.
6. *Divisio* in
- 1. *Caput* seu Pomum, qvod est os supremum, amplius, crassius, maximè in parte superiori, inferiori autem angustius, ubi sancti
  - *Sinus* s. *Cavitates* 6.
    - 1. *Semilunaris* in parte superiori capitis.
    - 2. in latere interno ejusqve medio, pro descensu traneæ seu asperæ arteriæ.
    - 3 & 4. sunt *Laterales* in parte superiori prope semilunarem; Dextra & Sinistra, pro claviculæ capite excipiendo.
    - 5. & 6. Laterales; Dextra & Sinistra sub lateralibus clavicularum, pro connexione costæ superioris s. primæ.
- Manubrium qvod os longius, cæteris ossibus est, ubi 13. *Sinuli* s. *Cavitates*.
  - 1. in latere interno, pro motu cordis.
  - 2. in latere inferiori & interno, pro connexione cum mucrone.
  - 3. in latere externo inferiori, *Scrobiculus Cordis* dicta.
  - 4. -- 10. in qvolibet latere sterni 5. pro insertione costarum 5. verarum.
- *Mucronem*. Ubi in ejus fine reperitur Cartilago, qvæ dicitur *Ensiformis* seu mucronata, Xyphoides, & nonnunqvam bisurcata observatur, insuper qvædam cavitates dantur, pro insertione unius vel alterius cartilaginis costarum verarum & spuriarum.

7. *Connexio* est cum duabus claviculis per arthrodiam cum motu obscuro; cum costis per synchondrosin.

8. *Usus* est, costas firmare; thoracem formare, costas & clavicula excipere; partes interiores ab externis injuriis munire.

Tabu-

Tabula 6.
De
Offibus Innominatis.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur *Offa Innominata*, cuneiformia, offa, coxæ, coxendicis.
2. *Situs*, qvi eft utrinqve ad latus offis facri.
3. *Supftantia* eft admodum craffa, dura & folida, in acetabulo autem tenuis.
4. *Figura* irregularis & inæqvalis.
5. *Numerus.* Inqvolibet latere unum.
6. *Divifio* in
   - 1. *Os Ileum* cujus:
     - 1. *Nomen.* Audit *Os Ileum*, ileon vel Laganon.
     - 2. *Figura* eft triangularis.
     - 3. *Divifio* in
       - 1. *Marginem* five Semicirculum & *Spina Offis Ilei* vocatur, atqve eft pars fuperior latiffima, ubi funt duæ Eminentiæ afperæ, & dicuntur *Supercilia* vel labra, unum Externum, alterum Internum.
       - 2. *Spinam offis ilei anticam fuperiorem*, qvæ eft pars antica acuminata.
       - 3. *Spinam Pofticam*, & eft eminentia poftica marginis offis ilei.
       - 4. *Spinam anticam inferiorem*, & eft eminentia in acetabulo.
       - 5. Partem exteriorem, qvæ *Dorfum* vocatur.
     - 4. *Cavitates 4.*
       - 1. Major, qvæ venter offis ilei audit.
       - 2. Minor, qvæ eft circa fpinam interiorem anticam.
       - 3. Media, qvæ partem fuperiorem acetabuli conftituit.
       - 4. Sub fpina poftica.

5. *Pro-*

5. *Proprium.* Amplius est in fœminis qvàm viris, pro commodiori uteri expansione tempore partûs.
6. *Connexio* cum osse sacro in parte postica & cum osse ischio & pubis in parte inferiori per Symphysin seu concretionem.

2. *Os Ischion,* cujus:

1. *Nomen.* Appellatur *Os Ischion*, ischium, os coxendicis, coxa, cotyledon, Schia.
2. *Situs* est inter ilium & os pubis.
3. *Figura* est irregularis & inæqvalis.
4. *Divisio* in partes 3.
   1. Superiorem.
   2. Inferiorem.
   3. Anticam.
5. *Processus* 2.
   1. Major obtusus, qvi dicitur *Tuberculum*, à qvo multi oriuntur musculi.
   2. Minor acuminatus, qvi vocatur *Spina ossis Ischii* sive *Supercilium*; & est circulus cartilagineus cavitati acetabuli circumductus, qvi multorum musculorum origo est.
6. *Cavitates* 4. in qvolibet latere.
   1. Major seu profunda, qvæ dicitur Acetabulum, seu qvæ majorem & Inferiorem partem acetabuli constituit, pro capite femoris excipiendo.
   2. Est inter acetabulum & tuberculum.
   3. Inter Spinam & tuberculum.
   4. Posterior seu pars major & inferior *Foraminis magni Thyroidei*, ubi reflectitur Musculus Obtucator internus.
7. *Impressiones & Asperitates* variæ circa tubercula, pro initio variorum musculorum.
8. Connexio est cum osse ischii superius, posterius cum osse pubis.

3. Os

3. *Os Pubis*, cujus:
- 1. *Nomen*. Dicitur *Os Pubis*, pectinis.
- 2. Situs est in anteriori & infima parte ossium innominatorum.
- 3. Figura est irregularis admodùm & inæqvalis.
- 4. *Numerus* binus, in qvolibet latere unum.
- 5. Divisio in 3. partes:
  - 1. Anticam.
  - 2. Posticam.
  - 3. Mediam, ubi 4. Latera:
    - 1. Internum.
    - 2. Externum, in qvo Eminentia anterior, *Spina* s. *Linea aspera* dicta, prope commissuram cum osse congenere, observatur.
    - 3. Superius.
    - 4. Inferius.
- 6. *Sinus* s. *Cavitates* 4 in qvolibet latere.
  - 1. Pars Foraminis maximi Thyroidei superior.
  - 2. Pro transitu vasorum cruratium & spermatiorum in latere externo.
  - 3. Pro situ vesciæ urinariæ, in latere interno.
  - 4. Pars minor anterior acetabuli.
- 7. *Connexio* cum osse ilii & ischii ac osse suo congenere, per Synchondrosin.

7. *Connexio* cum osse sacro posterius; cæterum inter se connectuntur, ita, ut hæc connexio efformet cavitatem rotundam, qvæ *Pelvis* dicitur, pro situ intestini recti, uteri, vesicæ urinariæ.

SECTIO II.

De Artuum Ossibus.

Caput I.

De Ossibus Artuum Superiorum sive totius Manûs.

Tabula I.

De Osse Humeri.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Os Humeri*, Brachii, Humerus.
2. *Situs*, qvi est in parte superiori manûs.
3. *Substantia.* Est os magnum, validum, durissimum, solidissimum, intus vero cavum, pro situ medullæ ossium.
4. *Figura* est teres, inæqvalis, aspera, longa.
5. *Numerus.* In qvolibet latere unicum est.
6. *Divisio* in
   - *Extremitatem superiorem* in qva
     - 1. *Caput Magnum* & rotundum, pro connexione cum scapulæ cervice per Enarthrosin, ubi circulus Caput hoc ambiens *Supercilium*, & pars tenuior sub supercilio *Cervix ossis humeri* vocatur.
     - 2. *Processus* 2.
       - 1. Anterior s. minor, pro insertione musculi immersi humeri.
       - 2. Externus s. major, pro insertione musculi supraspinati & infraspinati humeri.
     - 3. *Sinus s. Cavitates* 3.
       - 1. Oblonga, inter processus duos, descensu tendinis musculi bicipitis.
       - 2. pro situ vasorum brachialium in latere postico capitis ossis humeri.
       - 3. *Cervix* seu spatium illud concavum, qvod distingvit processus in capite ossis humeri.
     - 4. *Impressiones* leves in processu utroqve, pro initio & fine variorum musculorum;

- *Extremitatem Inferiorem*, in qva:
  - 1. *Tubercula duo:* 2. f. *processus*
    - 1. Internus major.
    - 2. Externus minor.
  - 2. *Capitula* 3. f. *condyli* 3.
    - 1. Internus, pro cavitate interna femilunari offis ulnæ.
    - 2. Externus, pro cavitate capituli radii.
    - 3. Medius, pro cavitate externa femilunari offis ulnæ.
  - 3. *Sinus f. Cavitates* 6.
    - 1. Profunda in latere poftico offis humeri.
    - 2. in latere antico offis humeri.
    - 3. inter tuberculum & condylum externum.
    - 4. inter tuberculum & condylum internum.
    - 5. inter condylum internum & medium.
    - 6. inter condylum medium & externum.
- *Medium f. Corpus*, in qvo *Latera* 4.
  - 1. Anticum, qvod concavum.
  - 2. Pofticum, qvod convexum.
  - 3. Internum.
  - 4. Externum, qvæ convexa funt.

7. *Foraminula* varia, pro introitu vaforum fangviferorum ad medullæ offium nutritionem.
8. *Connexio* fuperius cum fcapula per enarthrofin, inferius cum offe ulnæ per ginglymum, & cum offe radii lateraliter per arthrodiam.

Tabula 2.
De
Offe Ulnæ.

Not.

1. *Nomen.* Appellatur *Ulna*, *olecranum*, focile majus, propygion & *cubitus*, qvod nomen autem bina offa fimul denotat fcil. os ulnæ & radii.
2. *Situs* offis ulnæ eft inter os humeri & carpum, prope os radii.
3. *Subftantia* maximè & offea.
4. *Numerus.* In utroqve brachio unicum eft.

5. Figu-

5. Figura est versus longitudinem extensa.

6. *Divisio* in
- *Extremitatem superiorem*, in qva:
  - 1. *Processus* 4.
    - 1. Anterior & superior, qvi *Corona Minor*;
    - 2. Posterior crassior, amplior in obtusum angulum desinens & longior, qvi *Corona Major* seu *Olecranum* dicitur.
    - 3. *Lateralis* depressus sive *Ancon* dictus, in latere interno, pro insertione musculi brachiæi interni.
    - 4. Intermedius seu *condylus*, sive pars eminentior in medio duarum cavitatum semilunarium, qvi eas à se invicem separat.
  - 2. Sinus seu Cavitates 3.
    - 1. *Semilunaris s. Semicircularis*, *Sygmoidea externa*.
    - 2. - - - - interna.
    - 3. Minor externa lateralis, pro connexione capitis radii.
- *Extremitatem inferiorem*, in qva;
  - 1. Processus 2.
    - 1. Minor s. *capitulum* vel *Tuberculum*, pro cavitate ossis radii in extremitate inferiori.
    - 2. Acutus, *Styloides*, *styliformis*, pro ligamento cubitum cum carpi articulo firmans.
  - 2. Sinus s. cavitates 2.
    - 1. Lateralis in centro processus minoris.
    - 2. Levis inter capitulum & processum styloideum pro radio excipiendo.
- *Medium* sive *Corpus*, in qvo:
  - Latera 3.
    - 1. Anticum concavum.
    - 2. Posticum convexum.
    - 3. Internum glabrum.
  - Anguli seu Spinæ 3.
    - 1. Externus vel *Spina*, *Crista*, *ossis ulnæ*, pro principio ligamenti transversalis.
    - 2. Anticus obtusus.
    - 3. Posticus depressus & acuminatus.

7. *Connexio* superiùs cum osse humeri per ginglymum & cum radio lateraliter per arthrodiam; inferiùs cum radio & ossibus carpi per arthrodiam.

Tabula 3.
De
Osse Radii.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Radius*, os cubiti minus, focile minus, cercis, parapygion.
2. *Situs*, qvi est inter os humeri sive brachium & carpum, prope os ulnæ.
3. *Substantia*, qvæ solida, dura & ossea est.
4. *Figura* gracilis, & parte superiori tota teres.
5. *Numerus*. Unicum os est in qvolibet brachio sive manu.
6. *Divisio* in
   - *Extremitatem superiorem*, in qva:
     - 1. *Caput magnum*, rotundum in ambitu laterali, in supremitate autem *Cavitas superficialis* cum suo *Supercilio*, pro connexione cum osse humeri per arthrodiam.
     - 2. *Capitulum* parvum laterale, pro insertione in cavitatem minorem externam lateralem ossis humeri per inarticulationem superficialem.
     - 3. *Cervix ossis radii*, qvæ est pars tenuior sub capitulo magno.
     - 4. *Processus insignis* sub capitulo magno, pro fine musculi bicipitis.
   - Extremitatem Inferiorem, in qva:
     - 1. *Processus* 4.
       - 1. in latere externo cum supercilio.
       - 2. 3. 4. in latere postico tres; Internus, Externus & Medius.
     - 2. *Sinus seu cavitates* 5.
       - 1. Lateralis, qvæ recipit parvum ulnæ processum.
       - 2. in latere externo, pro connexione ossis carpicotyloidei.
       - 3. in latere interno, pro excipiendo condylo ossis carpi Semilunaris.
       - 4. & 5. in latere postico, pro situ tendinum musculorum ad digitos abeuntium.
   - *Medium s. Corpus*, in qvo
     - 1. *Latera* 3.
       - 1. Anticum concavum.
       - 2. Posticum convexum.
       - 3. Externum glabrum & inæqvale.

2. *Spi*

2. *Spinæ s. Anguli* 3.
- 1. *Spina Radii* s. Angulus internus, pro insertione ligamenti transversalis.
- 2. Anticus &
- 3. Posticus, qvi ambo sunt obtusi.

7. *Connexio* superiùs cum osse humeri & ulnæ; inferius lateraliter cum osse ulnæ, primo osse carpi Cotyloideo & secundo ossiculo Carpi Semilunari, utrinqve per Arthrodiam.

Tabula 4.
De
Ossiculis Carpi.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur *Ossicula Carpi*, Strobiloidea, brachialia, Rascetæ, it. *Carpus.*
2. *Situs*, qvi est in anteriori manûs parte, inter metacarpum & cubitum.
3. *Substantia* est mollis, porosa & ex parte ossea.
4. *Figura* irregularis.
5. *Numerus.* In qvolibet carpo 8. duplici serie locata numerantur.
6. *Divisio*, ubi
   - 1. *Os Cotyloides*, in qvo:
     - *Capitula* 3.
       - 1. Condylus major, pro connexione cum radio.
       - 2. - minor, pro connexione cum ossiculo semilunari.
       - 3. - oblongus, pro connexione cum trapezio & trapezoide.
     - *Cavitas* una profunda, pro articulatione cum osse Maximo carpi.
   - 2. *Os Semilunare*, in qvo:
     - *Capitula* 2.
       - 1. Condylus major, pro articulatione cum radio.
       - 2. - minor, pro articulatione cum ossiculo cuneiformi carpi.
     - *Sinus* 2.
       - 1. Superficialis, pro connexione cum osse cotyloideo.
       - 2. Profundus, pro articulatione cum osse maximo & unciformi carpi.

- 3. *Os Cuneiforme*, in qvo
  - Capitulum unum, pro articulatione cum osse Pisiformi.
  - Sinus 2.
    - 1. pro articulatione cum osse Semilunari.
    - 2. pro connexione cum osse unciformi.
- 4. *Os Pisiforme*, in qvo:
  - Capitulum unum, pro insertione musculi flexoris carpi ulnaris.
  - Sinulus unicus, pro connexione cum osse cuneiformi.
- 5. *Os Trapezoides*, in qvo
  - Sinus 3.
    - 1. Profundus, pro connexione cum internodio primo pollicis.
    - 2. Medius, pro articulatione cum osse trapezio.
    - 3. Minor, pro connexione cum osse cotyloideo.
  - Capitulum unum, pro cennexione cum osse primo Metacarpi.
  - Processus unus, pro principio musculi Abductoris pollicis.
- 6. *Os Trapezium*, in qvo:
  - Capitula 2.
    - 1. Cavitates seu sinus inferiores distingvit.
    - 2. Pro connexione cum osse trapezoideo.
  - Sinus 4.
    - 1. pro connexione cum osse cotyloideo.
    - 2. pro articulatione cum osse maximo.
    - 3. & 4. pro connexione cum osse metacarpi primo.
- 7. *Os Maximum*, in qvo:
  - Capitula 3.
    - 1. Condylus major, pro connexione cum osse cotyloideo & semilunari.
    - 2. pro articulatione cum trapezio ossiculo.
    - 3. Distingvit duas cavitates inferiores, & est pro connexione cum osse metacarpi primo & secundo.
  - Sinus 3.
    - 1. pro connexione cum osse unciformi.
    - 2. & 3. pro articulatione cum osse metacarpi primo & secundo.

8. *Os Unciforme*, in qvo:
- *Processus* unus *Unciformis* dictus, à qvo oritur musculus Flexor digiti minimi proprius.
- *Capitula* 3.
  - 1. Condylus major, pro connexione cum osse semilunari & cuneiformi.
  - 2. Condylus medius, pro articulatione cum osse maximo.
  - 3. pro connexione cum osse metacarpi tertio & qvarto, & duas cavitates distingvit.
- Sinus seu Cavitates duæ, pro articulatione cum osse tertio & qvarto metacarpi.

7. *Cavitas*, qvæ dicitur *Semilunaris* & efformatur ex serie horum 8. officulorum carpi in manu, pro transitu tendinum musculorum adducentium.

8. *Connexio* officulorum inter se est per arthrodiam & ginglymum cum motu obscuro; superius cum osse ulnæ & radio cum motu manifesto, inferiùs cum ossibus metacarpi per arthrodiam cum motu obscuro.

Tabula 5.
De
Ossibus Metacarpi.

Not.

1. *Nomen*. Dicuntur *Ossa Metacarpii*, metacarpi, post brachialia, tenar, torus manûs, tubercula manûs.
2. *Sita* sunt in parte manûs posteriori inter ossa carpi & digitorum internodia.
3. *Numerus*. Qvatuor in qvalibet manu sunt.
4. *Substantia* est fistulosa, ossea, dura.
5. *Figura* oblonga, gracilis, teres.
6. *Divisio* in
   - *Extremitatem Superiorem*. in qva cavitates & condyli sunt, pro articulatione cum ossibus carpi per ginglymum cum motu obscuro.
   - *Extremitatem Inferiorem*. in qva tantùm condylus major reperitur, pro connexione cum primo internodio digitorum per arthrodiam.

Medi-

Medium, in qvo *Latera* 4.
1. Anticum concavum & anguſtum.
2. Poſticum convexum & latum.
3. Internum &
4. Externum qvæ aſpera ſunt, pro firmiori adhæſione muſculorum interoſſeorum.

7. *Cavitates* 4. in medio oſſium ſive Interſtitia, qvæ *Spatia Interoſſea* appellantur.

8. Connexio ſuperiùs cum oſſibus carpi per arthrodiam ginglymum cum motu obſcuro; inferiùs cum primis internodiis digitorum per arthrodiam cum motu manifeſto.

Tabula 6.

De

Digitis Manuum.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur *Digiti*, phalanges, dactyli,
2. *Situs*, qvi eſt in ſuprema manûs parte, ſupra metacarpum.
3. *Subſtantia* eſt dura, ſolida, oſſea.
4. *Figura* oblonga teres.
5. *Numerus* qvinqvenarius in qvalibet manu:
   1. Pollex.
   2. Index.
   3. Medius.
   4. Annularis.
   5. Auricularis.

6. *Diviſio.* Dividitur qvilibet digitus in Internodia 3
1. *Internodium primum*, in qvo:
Extremitas ſuperior, ubi cavitas profunda eſt, pro connexione cum oſſibus metacarpi, exceptô pollicis internodiô primô, qvi connectitur cum trapezoide.
Extremitas Inferior, ubi Capitula 2. cum intermediâ cavitate ſunt, pro articulatione cum ſuperiori extremitate internodii ſecundi, excepto pollice, ubi caput magnum & 2. capitula minora reperiuntur, pro ſitu oſſiculorum Seſamoideorum.

Medi-

Medium, in qvo *Latera* 4.
- 1. Anticum latum, planum & excavatum.
- 2. Posticum angustum, convexum.
- 3. Internum &
- 4. Externum qvæ convexa sunt & lineis asperis dotata, profirmiori adhæsione musculorum lumbricalium digitorum.

2. *Internodium secundum*, in qvo
- *Extremitas superior*, ubi 2. cavitates cum intermedio condylo, pro articulatione cum extremitate inferiori primi internodii, dum capitula duo extremitatis inferioris primi internodii ab his duabus cavitatibus excipiuntur, & intermedius condylus illius intermediæ cavitati inseritur.
- *Extremitas Inferior*, ubi 2. Condyli cum intermediâ cavitate, pro connexione cum extremitate superiori tertii internodii per ginglymum.
- *Medium*, ubi etiam *Latera* 4. ubi in primo internodio observantur.

3. *Interodium Tertium.* in qvo:
- *Extremitas superior*, qvæ etiam 2. cavitates & condylum intermedium habet, pro articulatione cum extremitate inferiori secundi internodii.
- *Extremitas inferior*, ubi tantùm *Asperitas Semilunaris* est, pro insertione tendinum musculorum digitorum communium & propriorum.
- *Medium*, qvod gaudet Lateribus 4. sicuti in reliqvis internodiis.

7. *Connexio* est per motum manifestum in internodio primo per Enarthrosin cum ossibus metacarpi, in reliqvis duobus internodiis inter se per ginglymum cum motu valde libero.

Not. In Internodiorum connexione extus inveniuntur *Ossicula* à magnitudine seminis sesami. *Sesamoidea* dicta, pro repletione Interstitiorum, firmatione articulorum ossium, & ratione numeri, magnitudinis & crassitiei valdè variant.

Caput II.

De *Ossibus Artuum Inferiorum sive totius Pedis.*

Tabula I.

De *Osse Femoris.*

Not:

1. *Nomen.* Dicitur Femur, Femen, Μηρὸς.
2. *Situs*, qvi est in parte inferiori, inter ossa Innominata & ossa cruris.
3. *Substantia* est durissima, satis valida, intus autem excavata, pro locatione medullæ ossium.
4. *Figura.* Est longissima omnium in toto corpore & maximum, incurvatum interiùs & anteriùs.
5. *Numerus.* In qvolibet latere unum os, uti circa os humeri attenditur.
6. *Divisio* in
   - *Extremitatem Superiorem* in qva:
     1. *Caput Magnum*, pro insertione in acetabulum ossium innominatorum per Enarthrosin.
     2. Supercilium, qvod instar crustæ cartilagineæ caput magnum ambit.
     3. *Cervix* sive *Collum* inter caput magnum & processum trochanterem majorem.
     4. *Processus* 3.
        1. *Trochanter Major* sive *Rotator*, qvi est superior externus, ubi varii musculi inseruntur.
        2. *Trochanter minor* seu *Rotator*, qvi est inferior & internus & multos musculorum tendines ossis Femoris recipit.
        3. *Posticus* in principio lineæ asperæ.
     5. *Cavitates* 3.
        1. In centro capitis magni, pro alligatione ligamenti teretis.
        2. In trochantere majori.
        3. In trochantere minori, pro insertione musculi iliaci interni.

Extre-

Extremitatem Inferiorem in qva
- 1. *Processus* 2 s. capita cartilagine tecta, *Tubercula* dicta, qvæ respondent duabus cavitatibus ossis tibiæ, scil. Tuberculum
  - Internum.
  - Externum.
- 2. *Condyli* 2.
  - Externus longus.
  - Internus brevis.
- 3. *Cavitates s. Sinus* 4.
  - 1. Anterior s. communis, pro situ patellæ.
  - 2. Posterior inter 2. condylos, & *Saphes* dicitur, pro principio ligamenti teretis.
  - 3. Inter supercilium & taberculum externum.
  - 4. Inter supercilium & taberculum internum.

Medium, in qvo *Latera* 4.
- 1. Anticum glabrum & convexum.
- 2. Posticum concavum & *Linea aspera* præditum.
- 3. Internum glabrum & concavum.
- 4. Externum glabrum & convexum.

7. *Connexio* superiùs est cum osse innominato in acetabulo per Enarthrosin, inferiùs cum patella & osse tibiæ per Ginglymum cum motu manifesto.

Tabula 2.
De
Patella.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Patella*, Mola genu, rotula, epigonaton.
2. *Situs*, qvi est inter os femoris & ossa cruris.
3. *Substantia* est externè dura & ossea, internè parosa & spongiosa; in infantibus tota patella est cartilaginea.
4. *Figura* est lata, maximè irregularis, umbonem repræsentans; attamen ad sexangularem refertur.
5. *Numerus*, In qvalibet artu inferiori unica tantum est.

6. Divisio in *Latera 2.*
- 1. Anticum convexum & inæqvale.
- 2. Posticum concavum, in qvo
  - 1. Cavitas externa major.
  - 2. - - minor.
  - 3. Condylus intermedius, inter duas cavitates, pro connexione cum osse femoris & cruris.
  - 4. Supercilium, qvod ambit latus posticum.

7. *Connexio*, qvæ fit cum osse femoris & cruris per Ginglymum.

8. *Usus*, qvi est, firmare articulationem femoris & cruris, ne facilè laxentur.

Tabula 3.
De
Osse Tibiæ.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Tibia*, focile majus, canna major, oneme.
2. *Situs*, qvi est inter os femoris, patellam & ossa tarsi, cui lateraliter apposita est Fibula.
3. *Numerus*. In qvolibet latere sive pede unicum os est.
4. *Substantia* est crassa, ossea, dura, solida, internè excavata, pro situ medullæ ossium.
5. *Figura*. Extenditur versus longitudinem, & triangularis atqve trilateralis observatur.
6. *Divisio* in; *Extremitatem Superiorem*, ubi;
   - 1. *Sinus f.* Cavitates 6.
     - 1. & 2. Majores oblongi, pro exceptione 2. tuberculorum extremitatis inferioris ossis femoris.
     - 3. Minor in parte antica processus medii, pro transitu vasorum & ligamenti tibiæ.
     - 4. Minimus superficialis, pro connexione fibulæ.
     - 5. In parte postica processus medii, pro situ glandulorum mucilaginosarum.
     - 6. Inter tuberculum internum & supercilium.

2. Pro-

2. *Processus* 5.
- 1. Anticus sub Genu *Tuberculum anterius* dictus.
- 2. Posticus, *capitulum laterale* dictus, pro insertione in cavitatem extremitatis superioris fibulæ, cum qva connectitur.
- 3. Medius sive *Tuberculum intermedium*, inter 2. cavitates majores, pro articulatione cum osse femoris per ginglymum.
- 4. *Tuberculum externum* / 5. - *internum* { pro initio & fine variorum musculorum artuum inferiorum.

Extremitatem Inferiorem, in qva;

1. *Sinus seu Cavitates* 4.
- 1. & 2. Duæ profundæ & insignes, *Externa & Interna* dictæ, in parte externa, pro articulatione cum primo osse tarsi.
- 3. Superficialis oblonga, in latere externo, pro receptione capituli seu processûs inferioris fibulæ.
- 4. In parte postica taleoli sive maleoli interni.

2. *Processus* 4.
- 1. *Taleolus seu Malleolus Internus.*
- 2. Intermedius, *Condylus* dictus, inter duas cavitates, pro articulatione cum talo.
- 3. & 4. Externi, Anterior & Posterior, pro principio & insertione musculorum qvorundam.

Medium, in qvo

1. *Latera* 3.
- 1. Internum glabrum & convexum.
- 2. Externum concavum & glabrum.
- 3. Posticum concavum & *Aspera Linea* præditum.

2. *Angulos* 3.
- 1. Anticus, qvi *Apex*, *Crista*, *Spina* vocatur.
- 2. Internus obtusus & depressus.
- 3. Externus acutus & depressus.

3. *Foraminula* qvædam, pro introitu vaſorum ſangviferorum, ad nutritionem medullæ oſſium.

7. *Connexio* ſuperiùs cum oſſe femoris per ginglymum, lateraliter ſuperius cum oſſe fibulæ per arthrodiam, cum motu obſcuro, cum patella per arthrodiam; Inferius cum oſſe primo tarſi ſeu aſtragalo per ginglymum cum motu manifeſto & lateraliter cum oſſe fibulæ per arthrodiam cum motu obſcuro.

Tabula 4.
De
Fibula.

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Fibula*, canna minor, os focile minus, ſura, perone, os tibiæ minus.
2. *Situs*, qvi eſt inter os femoris & oſſa tarſi, lateraliter cohæret cum oſſe tibiæ.
3. *Subſtantia* uti præcedentis, ſolida, dura & oſſea.
4. *Figura* triangulum aliqva ex parte referens.
5. *Numerus.* In qvolibet pede unicum eſt.
6. *Diviſio* in
   - *Extremitatem Superiorem*, ubi
     - 1. *Appendices* 2.
       - 1. Antica, pro fine muſculi cruris bicipitis.
       - 2. Poſtica, qvæ dicitur *Capitulum rotundum*, pro connexione cum tibia.
     - 2. *Sinus* 2.
       - 1. Inter appendicem anticam & poſticam.
       - 2. In ipſo capitulo rotundo, pro receptione proceſſus ſeu capituli poſtici extremitatis ſuperioris tibiæ.
   - *Extremitatem Inferiorem*, in qva:
     - 1. *Appendices* 2.
       - 1. *Malleolus ſeu Taleolus Externus*, & eſt in latere externo.
       - 2. In latere interno, pro connexione cum oſſe primo tarſi.
     - 2. *Sinus* 2.
       - 1. inter duas appendices.
       - 2. in latere poſtico Malleoli interni, pro tranſitu muſculorum totius pedis.

Medi-

- *Medium*, in qvo
  - 1. *Latere* 3.
    - 1. Internum convexum.
    - 2. Externum concavum, pro situ musculi peronæi postici.
    - 3. Posticum inæqvale, pro initio musculi solæi.
  - 2. *Anguli* 3.
    - 1. Anticus, qvi dicitur *Spina Fibulæ*.
    - 2. Internus acutus.
    - 3. Externus obtusus.

7. *Connexio* superiùs cum lateraliter cum tibia per arthrodiam cum motu obscuro; inferiùs lateraliter cum tibia & astragalo perarthrodiam, utrinqve cum motu obscuro.

Tabula 5.
De
Ossibus octo Tarsi sive Pedii, de Astragalo.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Astragalus*, *Talus*, os balistæ, qvatrio, astrius.
2. *Situs*, qvi est immediatè sub extremitate inferiori ossis tibiæ & Fibulæ.
3. *Substantia* est durissima, ossea & solida.
4. *Figura*, qvæ est fermè cubica.
5. *Numerus*. Unicum os in qvolibet pede.
6. *Divisio* in
   - *Latera sex*
     - 1. *Superius* in qvo
       - 1. *Capitula* 2. qvæ spondent duobus sinubus extremitatis inferioris ossis tibiæ.
       - 2. *Sinum unum intermedium*, qvi recipit capitulum s condylum intermedium extremitatis inferioris tibiæ.
       - } pro connexione cum osse tibiæ per ginglymum cum motu manifesto.
     - 2. *Inferius*, in qvo
       - 1. Condylus oblongus & rotundus
       - 2. Cavitas obliqva.
       - } pro articulatione cum osse calcanei per ginglymum.
     - 3. *Anticum*, ubi caput magnum, qvod excipitur ab osse naviculari.

4. *Posti-*

4. *Posticum*, in qvo { 1. Appendices duæ leves. 2. Sinulus intermedius. } pro connexione cum Calcaneo.

5. *Externum*, 6. *Internum*, } in qvibus cavitas superficialis, pro connexione cum fibula.

7. *Connexio* superiùs cum osse tibiæ per ginglymum cum motu manifestissimo, inferiùs cum osse calcanei per ginglymum cum motu obscuro; cum osse naviculari per enarthrosin cum motu obscuro; posteriùs iterum cum osse calcanei per ginglymum, internè cum fibula per arthrodiam cum motu obscuro.

Tabula 6. De *Calcaneo.*

Not.

1. *Nomen.* Vocatur *Calcaneum*, Calcarpedis, calx, pterna, scelis
2. *Situs* ejus est sub astragalo & partem posticam pedis externi constituit.
3. *Substantia* est durissima, & ossea.
4. *Figura* irregularis, oblonga tamen, maximum os & crassissimam omnium ossiculorum tarsi.
5. *Numerus*. Unicum est in qvolibet pede.
6. *Divisio* in
   1. *Superius*, in qvo { 1. Capitulum latum amplum. 2. Sinus oblongus & superficialis. } pro connexione cum osse tali.
   2. *Inferius*, ubi { 1. Processus magnus, 2. Cavitas aspera & oblonga. } ubi musculi, Flexor internodii secundi, qvadratus plantæ, thenar pedis abducens minimi digiti pedis &c. originem trahunt.
   3. *Anticum*, in qvo cavitas superficialis, pro receptione capituli ossis Cuboidis.

Late-

Latera 6. { 4. *Posticum*, ubi pars eminentior dicitur *Projectura calcanei*, & in qva Impressiones & asperitates nonnullæ, pro insertione tendinum musculorum, gastroonemii externi, interni & solæi, qvi tendines conjunctim efformant *Chordam Magnam Achillis*.
5. *Internum*, in qvo Sinus insignis, pro transitu venarum, arteriarum, nervorum, tendinum musculorum pedem introrsum moventium & digitos flectentium.
6. *Externum* inæqvale, per qvod etiam tendines variorum musculorum transeunt.

7. *Connexio* superiùs cum osse astragali per ginglymum, cum osse cuboideo per arthrodiam, utrinqve cum motu obscuro.

Tabula 7.
De
Osse Naviculari.

Not.

1. *Nomen.* Appellatur *Os Naviculare*, Scaphoides, Cymbiforme.
2. *Situs*, qvi est in parte interiori pedis inter astragalum & tria ossa cuneiformia.
3. *Substantia* dura & ossea.
4. *Figura* oblonga cymbæ ad instar.
5. *Numerus*. Unicum est in qvolibet pede.
6. *Divisio*, in { *Latera 6.* {
   1. Superius convexum, late & inæqvale.
   2. Inferius angustum & inæqvale.
   3. Anterius concavum & gibbosum, in qvo Sinus 4. & capitula totidem reperiuntur, pro connexione cum tribus ossibus cuneiformibus.
   4. Posterius, in qvo Sinus insignis, pro excipiendo capite magno tali.
   5. Internum, ubi condylus parvus, pro fine musculi tibiæi postici.
   6. Externum convexum & asperum.
7. *Connexio* anteriùs cum tribus ossiculis cuneiformibus per ginglymum, posterius cum osse tali per enarthrosin, utrinqve cum motu obscuro.

Tabu-

Tabula 8.
De
Osse Cuboideo.

Not.

1. *Nomen.* Audit *Os Cuboideum*, cubiforme, polymorphon, os tesseræ, grandinosum, *Cuboides*,
2. *Situs.* Jacet inter os Calcaneum & duo ossa metatarsi, prope os naviculare & cuneiforme medium.
3. *Substantia* solida & dura.
4. *Figura* cubica.
5. *Numerus*, Unicum in qvolibet pede.
6. *Divisio* in *Latera 6.*
   1. Superius latum & inæqvale.
   2. Inferius, in qvo condylus parvus, Cavitas in condyli medio superficialis, per qvam musculus peronæus posticus tarsi transit.
   3. Anterius, in qvo Sinus duo. Capitulum intermedium inter duos hos sinus. pro connexione cum qvarto & qvinto osse metatarsi.
   4. Posterius, in qvo capitulum breve, pro connexione cum calcaneo.
   5. *Internum*, ubi capitulum rotundum breve, pro articulatione cum osse cuneiformi medio.
   6. *Externum* angustum & inæqvale.
7. *Connexio* anteriùs cum osse qvarto & qvinto metatarsi per ginglymum, cum motu obscuro; posteriùs cum calcaneo; inferiùs cum osse cuneiformi medio, utrinqve per arthrodiam cum motu obscuro.

Tabula 9.
De
Osse Cuneiformi Majori.

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Os Cuneiformi Majus*, innominatum majus, Sphœnoideum inferius.
2. *Situs.* Jacet inter os primum metatarsi & os naviculare.
3. *Substantia* Solida & ossea est.
4. *Figura* cunei majoris instar.
5. *Numerus.* Unicum in qvolibet tarso est.
6. *Divisio* in *Latera* 6.
   1. Superius convexum & angustum.
   2. Inferius inæqvale, latum & concavum.
   3. Anterius, in qvo sinuli & condyli nonnulli, pro connexione cum osse primo metatarsi.
   4. Posterius ubi { Capitula duo. Cavitas una inter hæc duo capitula } pro articulatione cum osse naviculari.
   5. *Internum*, in qvo sinus levis, pro insertione musculi tibiæi antici.
   6. *Externum*, ubi { Condyli duo. Sinus unus Semicircularis inter hos duos condyles. } pro articulatione cum osse cuneiformi minori.
7. *Connexio* anteriùs cum osse primo metatarsi; posteriùs cum osse naviculari; exteriùs cum osse cuneiformi minori, utrinqve per ginglymum cum motu obscuro.

Tabula 10.
De
Osse Cuneiformi Minori.

Not.

1. *Nomen*. Vocatur *Os Cuneiforme Minus*, innominatum minus.
2. *Situs* ejus eſt inter os cuneiforme majus & medium.
3. *Subſtantia*, uti majoris, & oſſea & ſolida.
4. *Figura* cunealis.
5. *Numerus*. Unicum in qvolibet pede.
6. *Diviſio*, in *Latera* 6.
   1. Superius qvadrangulare, latum & parùm arcuatum.
   2. Inferius anguſtum, acutum & inæqvale.
   3. Anticum, in qvo Capitula & ſinuli qvidam, pro connexione cum oſſe ſecundo metatarſi.
   4. Poſticum, ubi { Cavitas una, Condylus unus, } pro connexione cum oſſe naviculari.
   5. Internum, in qvo { unus condylus, unus ſinulus. } pro articulatione cum oſſe cuneiformi majori.
   6. Externum oblongum, in qvo { unum capitulum, una cavitas } pro connexione cum oſſe cuneiformi medio.
7. *Connexio* anteriùs cum oſſe ſecundo metatarſi; poſteriùs cum oſſe naviculari; interiùs cum oſſe cuneiformi majori & exteriùs cum oſſe cuneiformi medio, utrinqve per ginglymum cum motu obſcura.

Tabu-

Tabula 11.
De
Oſſe Cuneiformi Medio.

Not.

1. *Nomen.* Audit *os Cuneiforme Medium* ratione magnitudinis, non ſitu, os innominatum medium.
2. *Situs.* Adjacet oſſi cuneiformi minori & ſub tertio oſſe metatarſi.
3. *Subſtantia* & *Figura* eadem, uti & præcedentium cuneiformium oſſium.
4. *Numerus.* Unum in qvolibet tarſo.
5. *Diviſio* in
   - *Latera* 6.
     1. Superius latum & qvinqve angulare.
     2. Inferius acutum & tuberculo in medio præditum.
     3. Anticum, ubi nonnulli ſinuli & condyli ſunt, pro connexione cum oſſe tertio metatarſi.
     4. Poſticum, in qvo { Capitulum unum, Sinus unus. } pro connexione cum oſſe naviculari.
     5. Internum, ubi { Capitulum unum ſemicirculare, Cavitas una. } pro articulatione cum oſſe cuneiformi minori.
     6. Externum, in qvo ſinus levis, pro connexione cum oſſe cuboideo.
6. *Connexio* anteriùs cum oſſe tertio ſive medio metatarſi; poſteriùs cum oſſe naviculari; interius cum oſſe cuneiformi minori, utrinqve per ginglymum cum motu obſcuro; exterius cum oſſe cuboideo per arthrodiam cum motu obſcuro.

Tabula 12.
De
Oſſibus Metatarſi.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur *Oſſa Metatarſi*, prætapedii, plantæ, pectinis, ſoleæ.
2. *Situs,* qvi eſt inter oſſa tarſi & digitos pedis.
3. *Subſtantia* extus oſſea, dura, intus fiſtuloſa, pro ſitu medullæ oſſium.
4. *Figura* ſecundum longitudinem extenſa.

5. *Numerus* in qvolibet pede qvinqvenarius.

6. *Divisio* in;
- *Extremitatem superiorem*, in qva;
  - in latere antico Sinus & condyli in 5. ossibus repe-riuntur, pro connexione cum ossibus tribus cu-neiformibus & osse cuboideo.
  - in latere interno & externo cavitates & capitula sunt, pro connexione ossium metatarsi inter se invi-cem.
- *Extremitatem Inferiorem*, ubi caput magnum rotundum est, pro connexione cum primo internodio digitorum.
- *Medium*, in qvo
  - *Latera* 4.
    1. Superius latum & convexum, una cum Lineâ asperâ, profirmiori ad-hæsione membranæ musculorum communis.
    2. Inferius angustum & concavum.
    3. Internum,
    4. Externum, qvæ utiqve sunt con-vexa.

7. *Propria* qvæ sunt
- in osse primo Metatarsi;
  1. Capitulum reperitur in superiori extremitate late-teris inferioris.
  2. Sinulus superficialis in ipso processu, pro fine musculi fibularis seu peronæi postici.
- in osse qvinto metatarsi, in qvo capitulum exiguum, & qvidem in extremitate superioris lateris externi, pro receptione musculi fibularis seu peronæi antici.

8. *Connexio* superiùs primi ossis metatarsi est cum osse cuneiformi majori, se-cundi ossis cum cuneiformi minori, tertii cum cuneiformi medio, qvarti & qvinti cum osse cuboideo per ginglymum cum motu obscuro; infe-rius cum internodiis primis digitorum per enarthrosin; lateraliter supe-riùs & inferiùs, in & externè inter se invicem per arthrodiam cum motu obscuro.

Tabu-

Tabula 13.

De

Digitis Pedum.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur *Digiti*, phalanges, dactyli.
2. *Situs* eorum est in extrema pedis parte, supra metatarsum.
4. *Substantia* est solida, ossea, intus excavata, pro situ medullæ ossium.
3. *Figura* oblonga teres, uti digitorum manuum, sed breviores, ita, ut pollex digitorum pedis sit longissimus, seqvens brevior, & sic porro, & ultimus brevissimus; cum in manu digitorum medius sit longissimus.
5. *Numerus*. In qvolibet pede sunt 5. digiti:
   - 1. Pollex.
   - 2. Index.
   - 3. Medius.
   - 4. Paramesus.
   - 5. Minimus.
6. *Divisio* Dispescitur qvilibet digitus in Internodia 4. sive Pholanges:
   - 1. *Internodium primum*, in qvo:
     - *Extremitas Superior*, ubi Sinus profundus, pro exceptione capituli magni ossium metatarsi.
     - *Extremitas Inferior*, in qva capitula 2. & Sinu intermedio reperiuntur, pro articulatione cum extremitate superiori internodii secundi.
     - *Latera* 4.
       - 1. Superius convexum glabrum.
       - 2. Inferius concavum, latum & Liniâ asperâ dotatum, pro firmiori adhæsione ligamenti circularis.
       - 3. Internum,
       - 4. Externum, qvæ bina sunt convexa.
   - 2. *Internodium secundum*, ubi
     - *Extremitas Superior*, in qva duo sinuli profundi cum interjecto capitulo, pro connexione cum extremitate inferiori internodii primi.
     - *Extremitas Inferior*, qvæ capitula 2. cum intermedia cavitate habet, pro inarticulatione cum extremitate superiori internodii tertii.

Medi-

Medium, ubi *Latera* 4.
- 1. Superius convexum.
- 2. Inferius concavum, pro insertione musculi perforati.
- 3. Internum.
- 4. Externum, qvæ convexa sunt.

3. *Internodium Tertium.* ubi:

Extremitas Superior, in qva
- Duo Sinus cum intermedio capitulo pro connexione cum inferiori extremitate internodii secundi.
- Asperitas qvædam in latere interno, pro fine musculi perforantis.

Extremitas Inferior, in qva etiam Asperitas Semicircularis reperitur, pro insertione tendinum musculorum digitorum.

Medium, ubi *Latera* 4.
- 1. Superius,
- 2. Inferius,
- 3. Internum,
- 4. Externum,

qvæ omnia convexa sunt.

7. *Connexio* Internodiorum primorum superius est cum ossibus metatarsi per enarthrosin; inferius cum internodio secundo. Reliqva Internodia inter se invicem inarticulantur per ginglymum, utrinqve cum motu manifesto & libero.

Not. *Ossicula Sesamoidea*, (uti in manuum digitis,) reperiuntur interjecta cunctis internodiis digitorum pedum, & differunt ratione magnitudinis; attamen duo ossicula, qvæ adjacent primo internodio pollicis ad caput ossis metatarsi, superant reliqva, qvæ exigua admodùm sunt.

FINIS.

Errata.

In Dedicatione, Paginâ primâ Lin. 9. pro patentes lege potentes.
In Præfatione P. prima L. 15. pro amotaverim l. annotaverim. L. 27. omissum est vocab. *in* v. c. Viris *in* Re anatomica &c.
Pag. secunda Lin. 10. pro Nevcologiam l. *Nevrologiam*. Lin. 17. pro pollicear leg. *polliceor*.
In ipso Tractatu Pag. 1. Lin. 17. pro collocutæ l. collocatæ.
Pag. 2. L. 1. pro membranonarum l. membranarum. L. 2. pro aliorumq; l. aliarumq;. L. 13. pro degenerant l. degenerat. L. 19. pro Rostium l. *Rostrum*.
P. 4. L. 17. pro connectuntur l connectitur. L. 21. pro cosacohyoideum l. coraco hyoideum.
P. 5. L. 12. deleatur ascendit.
P. 6. L. 30. pro qvibus l. qvæ.
L. 32. die Klammer { 4. Incisores / 2. oculares &c. gehöret herüber/daß es heist: 5. & 6. Duo ossa maxillaria in qvibus dentes 16.
{ 4. Incisores.
{ 2. oculares. u. s. f.
P. 8. L. 4. pro Sisiforme l. Pisiforme. L. 19. pro Crux l. *Crus*. L. 22. pro qvod l. qvi, L. 25. das Wort Cuneiforme gehöret herauff unter das Wort Cotyloides, also daß es heist: Cuneiforme Majus
- - minus
- - medium.
P. 9. L. 2. omissum est vocab. *De*.
L. 16. pro Numerum l. *Numerus*.
L. 28. pro qvâ l. qvô.
P. 10. L. 16. pro crista l. cristæ.
L. 29. pro græci, l. Græcis.
P. 11. L. 3. pro qvodrilatera l. qvadrilatera.
P. 12. L. 5 pro praræ l. proræ.
L. 12. pro Externæ l. Externi.
L. 18. pro Internæ l. Interni.
P. 13 L. 4. pro dilati l. dicati.
L. 27. pro Warmiana l. *Wormiana*.
L. 30. pro inseriùs l. inferiùs.
P. 14. L. 22. deleatur: de qvibus vide in Tab. de Auditu.
P. 16. L. 14. pro Cuneiformi l. *Cuneiforme*.
L. 18. pro antrarsum l. antrorsum.
P. 18. L. 15. pro Spongioi l. Spongioideum.
16. pro parium l. narium.
P. 19. L. 20. pro consistit l. constat.
Lin. ult. pro connexa l. connexum.
P. 20. L. 13. pro orbiculare l. triangulare.
P. 22. L. 20. pro cavitata l. cavitate.
P. 25. L. 8 pro arthrodianos l. arthrodiam.
P. 27. L. 16. pro Silus l. *Situs*.
L. 30. pro arculatione l. articulatione.
P. 28. L. 14. pro Dorsis l. *Dorsi*.
P. 35. L. 5. del. in. L. 28 pro asperium l asperum. L. 29. pro prodeant l. prodeunt.
P. 36. L. 7. pro observantur l. observatur.
P. 37. L. penult. pro clavicula l. claviculas.
P. 38. L. 8. pro Supstantia l. *Substantia*.
P. 39. L. 31. pro obtucator l. obturator.
L. 35. pro Ischii l. Ischio.
P. 41. L. 1. pro Sectio II. l. Sectio III. L. 14. omissum est: pro, v. c. pro descensu &c.
P. 42. L. penult. pro & l. est.
P. 43. L. 25. pro firmans l. firmante.
P. 48. L. 17. pro qvie l. qvi.
P. 49. L. 18. pro ubi l. uti.
L. 20. pro Interodium l. *Internodium*.
P. 50. L. 12 pro longissimam l. longissimum.
P. 51. L. 14. pro taberculum l. tuberculum.
L. 29. pro parosa l. porosa.
P. 52. L. 15. pro oneme l. cneme.
L. 32 pro glandulorum l. glandularum.
P. 55. L. 9. deleatur cùm; v. c. superius cum lateraliter. L. 21. pro spondent l. respondent. L. 25. pro Sinum unum Intermedium l. *Sinus unus Intermedius*.
P. 56. L. 19. pro crassissimam l. crassissimum.
P. 57. L. 4. Pro gastroonemii l. gastrocnemii.
P. 59. L. 5. pro cuneiformi l. *cuneiforme*.
L. 24. pro Condyles l. Condylos.
P. 61. L. 31. pro prætapedii l. Metapedii.
P. 63. L. 21. pro Pholanges l. Phalanges.
L. 23. pro Linia l. Lineâ.